



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1714

Caput III. De impedimentis Matrimonii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42682

expensis matris, uti statuit Jus apud *Sperell.* decis. 131. n. 104. potestque videri etiam *Krim. n.* 134. An vero uxori adulteræ debeantur alimenta, pars acquisite, restitutio dotis saltem per hæredes, si maritus obiit, dixi l. 3. p. 1. n. 714. Et de illis videri potest etiam *Sperell.* in 20. ubi inter cætera putat lite pendente deberi conjugii, contra quem agitur, si ex suis aliunde non habeat, uti etiam debentur Monacho contra Abbatem litiganti, si nempe adsit præsumptio boni juris. An autem talis litigans debeat fidejubere de refundendis expensis in casu succumbentiæ, examinat *Sperell.* à n. 97. possuntque etiam multa circa ista videri apud *Krim.* à n. 145. usque ad 1608.

De divortio videri potest etiam *Gob. in Exper.* in 10. n. 714. ubi in compendium redigit ea, quæ in Quinario tr. 5. à c. 32. usque ad 45. fuse et illo disputat. Quid dicendum sit de donationibus inter conjuges ac restitutione dotis, quando supervenit divortium, videri etiam possit fuse *Krim.* à n. 1685.

CAPUT III:

459.

De impedimentis Matrimonii.

Duplicis generis sunt impedimenta, quædam illicitum tantum, alia insuper irritum Matrimonium reddunt: Priora dicuntur impedientia, Posteriora, dirimentia.

DUBIUM I.

Quæ sint impedimenta impedientia tantum.

Resp. Præter peccatum mortale & excommunicationem, sex potissimum reddunt Matrimonium mortaliter illicitum, scilicet:

T 5

Eccle-

- » Ecclesie vetitum, nec non tempus feriarum,
 » Atque catechismus, crimen, sponsalia, votum,
 » Impediunt fieri, permittunt facta teneri.
 » Dicitur I. *Vetitum*, id est, prohibitio Eccle-
 » siæ, quæ fit ab Episcopo vel Parocho ob dubi-
 » um impedimenti alicujus vel inhabilitatis in-
 » ter copulandos, *Bonac. q. 1. p. 14. n. 1.*
 » Dicitur II. *Tempus feriarum*: quod secundum
 » *Trident. sess. 24. cap. 10. De reform.* incipit nunc ab
 » Adventu Domini usque ad Epiphaniam inclu-
 » sive; & à die Cinerum usque ad octavâ Paschæ
 » inclusivè. Quo tempore non prohibetur ipse
 » contractus aut ejus consummatio, sed tantum
 » nuptiarum solennitates, ut est benedictio nu-
 » ptiarum, solennis sponsæ in domum sponsi
 » traductio, solenniora convivium, & tripudia, &c.
 » Neque *Trident. sess. 24. cap. 1.* prohibet Matrimo-
 » nium consummari ante benedictionem,
 » sed tantum hortatur, ne fiat. *V. Bon. q. 3. p. 14.*
 » *Sanch. l. 7. d. 7. Kon. d. 30. Fill. t. 10. p. 2. c. 9. Perez. d.*
 » *43. f. 10. n. 7.*
 » Dicitur III. *Catechismus*. Quod impedimen-
 » tum contrahitur ab ab, qui responder pro in-
 » fante, quando suppletur ceremoniæ post Ba-
 » ptismum collatum in necessitate; sed videtur
 » sublatum per *Trident.* secundum *Sanch. Fagund.*
 » *Kon. Fill. &c.* qui ideo monet Parochos, ut in
 » libro distinguant paternos catechismi à patri-
 » nis Baptismi. *Vide Bon. l. c.*
 » Dicitur IV. *Crimen*, ut 1. incestus cum con-
 » sanguinea conjugis in primo vel secundo gra-
 » du, scienter admissus, (qui impedit Matrimo-
 » nium cum quacunque alia persona. *v. Perez. d. 2.*
 » *f. 5.*) vel cum propria matre vel filia. 2. Rapina
 » alienæ sponsæ. 3. Uxorici-
 » cidium. 4. Presbyteri-
 » cidium.

ciūm. 5. Susceptio propriæ prolis ex Bapti-
fimo, ad impediendam redditionem debiti.
6. Publica pœnitentia, quamdiu durat. 7. Ma-
trimonium cum Moniali. Verùm hæc per non
sunt sublata, ut *Lay. hic cap. 15. ex Nav. Sanch.*
Cap. Kon. dub. 3.

Dicitur V. *Sponsalia*, cum una contracta &
non dissoluta, *Kon. dub. 3. Sanc. Fill. Bon. n. 5.*

Dicitur VI. *Votum*, scilicet simplex, sive casti-
tatis sive Religionis sive non nubendi. *V. Sanch.*
4. 1. Regim. l. 31. n. 184. Bonac. n. 7.

Dixi in Responsione, potissimum quia præter
suprà dicta, alia tria impedimenta numeran-
tur.

Primum, est clandestinitas: etsi enim valeat
Matrimonium clandestinè contractum, ubi
Tridentinum non est receptum, non licet tamen
sub mortali; Ubi autem *Tridentinum* est re-
ceptum, saltem quoad punctum Matrimonii,
est irritum, de quo sequenti dubio.

Secundum, omisso benedictionis, quia sine
hac, etsi validè, illicitè tamen contrahitur Ma-
trimonium, saltem *primum*, ut ex *C. Nostrates*,
C. Sponsus q. 5. docet Bon. q. 4. p. 6. n. 2. Sanch. l. 2.
4. 2. Sa. Henr. Filliuc. &c. Qui tamen conce-
dunt non esse mortale, intellige, per se loquen-
do; nam per accidens, ratione præcepti par-
ticularis, scandali vel contemptus, (ut si omit-
tant nihil faciendo, ac si esset res vana vel vile
ac puerile haberent ei se subicere) docet *Perez*
4. 4. s. 10. n. 4. posse esse mortale. Dixi, *Primum*,
tam secundæ nuptiæ non benedicuntur, nisi
primæ non fuissent benedictæ. Quod si au-
tem alter conjugum sit viduus, alter verò pri-
mas nuptias celebret, aut saltem nunquam
fuerit

mor.
I. audii
C. Croix
VIII

» fuerit benedictus, etsi jure antiquo non liceret, nunc tamen quibusdam locis consuetudo » habet, ut benedicantur, ut *vid. Bon. l. c. & patet » ex Agenda.* Debet autem fieri in templo à proprio Parocho, sine cujus licentia si quis faciat, » manet ipso facto suspensus, donec absolvatur » ab Ordinario Parochi, à quo benedictio erat » accipienda.

» *Tertium*, si contrahatur Matrimonium sine » praviis proclamationibus; sine quibus etsi valeat, non licet tamen sub mortali, ut habet » communis, (quanquam *Sanch. l. 3. d. 5. num. 7. & » Gasp. Hurt. d. 5. n. 59.* putent non esse mortale » nam omittere, quando certum est moraliter » nullum subesse impedimentum: Sed contrarium docet *Perez d. 42. f. 1. nu. 7. ex Kon. & Pont.*) » nisi Episcopus vel ejus Vicarius dispense, ut » patet ex *Trident. sess. 24. c. 1.* quod circa eas præcipit sequentia: 1. ut fiant in ecclesia, inter Missarum solennia. Possunt tamen etiam fieri in » oratorio, vel juxta ecclesiam alio loco, confluyente magno populo. 2. Ut fiant à proprio » Parocho vel alio Sacerdote de ejus licentia. 3. » Ut fiant in Parochia propria, & quidem utriusque contrahentis, ut declaravit Congregatio. » 4. Ut fiat tribus diebus festis, non immediatis » continuis tamen, id est, qui feriatis quidem » diebus, nullo tamen festo, interpolentur. *Idem » Bon. q. 2. p. 6. Unde resolves,*

» I. Licet statim post ultimam proclamationem contrahere, etiam eadem die: non licet » autem differre ultra quatuor menses, intra quos si non contrahant, repetendas esse denunciations, declaravit Congregatio in *sess. 24. cap. » 1. de reform.* Imò *Rituale Romanum* duos tantum

menses permittit, intra quos si non contrahatur, jubet repetere denuntiationes, nisi videatur aliud Episcopo.

II. Post proclamationes tenetur sub mortali, qui novit impedimentum, illico denuntiare, quantum vis secretum esset, ad impediendam gravia mala, v. g. incestum, sacrilegium, &c. si tamen inde alteri periculum infamiae nascere, is ex charitate prius esset monendus, ut à Matrimonio desisteret, *Sanch. l. 3. d. 13. Fagund. p. 2. l. 1. cap. 5. Henriq. Lay. l. 3. tr. 3. p. 2. cap. 4. n. 8. Sc. comm. contra Pontium d. 5. q. 6. qui negat teneri denuntiare, si sit occultum. Idemque tenet Perez d. 43. f. 6. num. 1. & seqq. sed cum hac limitatione, si tantum audivit, & nescit à quo: vel si pro foro interno sit dispensatum; vel si metuat magnum scandalum aut periculum; vel si sciat contrahentes esse in bona fide.*

III. Contrahens ipse, legitimè interrogatus de impedimento occulto, tenetur illud fateri vel Matrimonio abstinere, nisi dispensationem pro foro conscientiae acceperit, tunc enim fateari non tenetur: nisi Judex aliunde habeat sufficientem probationem, *Sanch. Sylv. v. Laym. l. c. n. 2. Bon. l. c. Perez d. 43. f. 7. n. 2.*

IV. Parochus cognito impedimento, tenetur prohibere Matrimonium, & remittere ad Episcopum, vel ejus Officialem, neque potest assistere, *Sanch. l. 3. d. 15. Perez f. 7. n. 6. Sc. contra Pontium. Nisi tamen ex sola confessione nosset, tunc enim nullo modo posset negare Matrimonium, sive publicè sive privatim peccanti, neque illum admonere officii extra confessionem, licet in confessione posset ac deberet. Et nunc, si quidem sine magno scandalo à*
Matri-

»Matrimonio non possent desistere nec vellent,
 »suadere, ut contrahant communi consensu, sub
 »conditione, si Papa dispenset, animo tantisper
 »cohabitandi, ut fratres (non autem quoad to-
 »rum) donec accedat dispensatio, & iterum con-
 »trahant: Ita ex *Beja. & Pontio l. 5. cap. 35. Perez l.*
 »c. qui addit, si id omnino nolint persistantque
 »petere, debere Parochum adfistere.

» V. Potest Episcopus vel ejus Vicarius, non
 »autem Decanus ruralis, dispensare, vel ut una
 »tantum fiat proclamatio, vel ut fiant post con-
 »tractum subito factum coram Parocho & testi-
 »bus, ante consummationem, vel etiam ut pla-
 »nè omittantur, si justa causa subfit, v. g. timor,
 »ne alioqui malitiosè impediatur Matrimo-
 »nium, pudor contrahentium, senium, incon-
 »stantia, statûs disparitas, metus scandali, in-
 »famiae, incontinentiae, &c. *Bon. l. c.*

» VI. Et si, quando per dispensationem con-
 »tractum est Matrimonium ante proclamatione-
 »nes postea faciendas, conjux non teneatur nec
 »debeat alteri reddere debitum, priusquam fa-
 »ctæ fuerint, quando tamen certi sunt nullum
 »subesse impedimentum, non peccare mortali-
 »ter consummando, tenet *Sot. Led. Texed. contra*
 »*Sanch. apud Dian. p. 9. t. 8. R. 19.*

» VII. Et si Parochus dispensare non possit,
 »potest tamen in casu necessitatis per episcopiam
 »declarare, præceptum hoc hîc & nunc non ob-
 »ligare, verbi gratiâ, si moriturus concubinam
 »velit ducere, ob prolis legitimationem, *Bon.*
 »*loc. cit. ex Sylv. Sanchez, &c.*

ADDENDA.

Quest. 64. Quid præterea sit notandum circa im-^{460.}
pedimenta tantum impediencia. 32. §. 1. Dari
aliqua, quæ tantum impediunt, & non diri-
mant certum est, nam multa facta tenent, quæ fieri
possunt. Cap. Ad apostolicam De Regul. Nec ob-
stat, quod Cap. Tua fraternitas. De sponsa duo-
rum, & can. videtur nobis, 35. q. 6. dicatur: Ma-
trimonia contra interdictum Ecclesiæ inita, pos-
sunt irritari, rata non haberi, nam primus textus tan-
tum dicit, conjuges posse separari, donec con-
fide de validitate: secundus autem loquitur de
Matrimonio cum altera inito adhuc vivente
primæ uxore. Docet quidem *Avers.* q. 10. l. 2. si
Papa poneret interdictum cum clausula irritan-
te, fore impedimentum dirimens, sed de hoc
videri potest *Krimer* à n. 1342. ubi ostendit,
quamvis in ejusmodi censura etiam excommu-
nicationis prohibeatur iniri Matrimonium,
non ideo irritari.

§. 2. *Raymund.* apud *Mendo* dissert. 12. n. 12. ^{461.}
docuit, omne votum castitatis coram Episcopo,
Parocho, vel alia persona publica emissum ha-
bere sufficientem solennitatem ad dirimendum
Matrimonium, sed certum est oppositum, nem-
pe quod aliquod ejusmodi votum simplex casti-
tatis sit impedimentum tantum impediens. *Di-*
u, aliquod, nam per aliquod etiam votum sim-
plex castitatis posse dirimi Matrimonium con-
stat ex dicendis à n. 579. Ad quid autem re-
feratur, qui ante vel in Matrimonio vovit casti-
tatem, virginitatem, cœlibatum, Religionem,
sacros Ordines, dictum est à n. 357.

§. 3.

462. §. 3. Quamvis fortè possint Episcopi dispensare in voto simplici castitatis in ordine ad contrahendum Matrimonium, tamen id non posse nequidem Superiores Regulares dixi l. 3. p. 1. n. 563. Hinc Confessarius Mendicans habens jurisdictionem etiam Episcopalem nequit dispensare cum Caja in voto absoluto castitatis, quamvis nuptiæ jam paratæ sint, & cum ingenti infamia ac grandi incommodo suspendi deberent, *Suar. Sanch. Fagn. Laym. Castrop. Barb.* aliique communiter cum *Burgh. cent. 3. cas. 32. contra Crusers* in Reg. S. Francisci. c. 7. lect. 29. quia Episcopi ipsi id ad summum fortè habere possunt ex potestate extraordinaria, quam aliis subdelegare non possunt.

463. §. 4. Qui vovit castitatem sub conditione, v. g. si non inebriarit se hoc anno, tenetur votum, si hoc anno se non inebriat: si tamen anno necdum expleto Matrimonium ineat, non peccat, quia quando votum est pœnale vel conditionale non est obligatio expectandi eventum vel defectum conditionis pendentis à nostra libertate. Quod si postmodum anno necdum expleto se inebriet, tenebitur in Matrimonio ita servare castitatem, atque si post emissum absolute votum castitatis iniisset Matrimonium. E contra, qui vovit castitatem sub conditione, si hoc anno convalescat à morbo, peccat, si ante expletum annum ineat Matrimonium, quia eventus huius conditionis non pendet ab illius voluntate, ergo tenetur eum expectare, *Sanch. in Decal. l. 4. c. 22. n. 11. Castrop. tr. 15. d. 1. pu. 16. n. 6. Gal. tr. 9. n. 87.*

464. §. 5. An ille peccet, qui obstrictus voto castitatis vel Religionis inuit Matrimonium animo

non consummandi, sed ingrediendi Religionem

ca. n. 423.

§. 6. Qui vovit Religionem, si bonâ fide No- 465.
ratum ingressus fuerit, & cum iusta causa ex-
it vel emittatur, satisfecit suo voto, nec tene-
rentare alium Ordinem, sed potest Matri-
monium inire, quia non censetur vovisse pro-
fessionem, sed ingressum in Religionem, qui est
Novitatus, *Sanch. suprâ. c. 16. n. 93. Gob. n. 101.*
addens aliquos docere etiam tum esse liberum,
quando sine iusta causa exit, dummodo serîo &
sine fraude Novitatum sit ingressus.

§. 7. Durante Novitiatu Jus prohibet con- 466.
trahi Matrimonium, quia Matrimonium est
status alienus ab habitu assumpto, *Castrop. tr. 16.*
p. 10. n. 3. Similiter in diœcesi Leodiensi prohi-
betur, ne quis non confirmatus ineat Matrimo-
nium, *Marchantius apud Gob. in Exper. tr. 2. n. 772.*

§. 8. Licite contrahunt leprosi, uti fuscè of- 467.
fendit *Boudevv. p. 2. q. 14.* quamvis enim proles
fortè infecta gignatur, tamen adhuc beneficium
acquirat per existentiam, & melius est ei esse,
quam non esse, inquit *S. Th.* E contrâ, putat
Boudevv. eos, qui actu laborant lue venereâ, pec-
care graviter contrahendo, ob periculum abor-
tuum & misérias graviores prolis gignendæ.

§. 9. Impedimenta etiam tantùm impediend- 468.
tia obligant sub mortali, *Sacramentum, tempus &*
penam ex obedientia, sponsalia ex iustitia, votum
ex religione, S. Anton. Sor. Sanch. l. 7. d. 17. aliique
cum Avers. q. 9. l. 5. contra *Ledesm. Sa, & Tol.* qui,
quamvis id admittant de voto, tamen negant
de reliquis, sed contrâ est, quia etiam in reliquis
est res gravis. Putant quidem *Sanch. Villal. Dian.*
& alii tempore vetito non esse obligationem ab-
stinendi.

Tom. VIII.

V

stinendi

stinendi à conviviis aliisque lætitiæ signis, sed quamvis possit in hoc ex levitate materiæ tantum venialiter peccari, aut etiam nullo modo, si ista sint privata, attamen si adhibeantur publicæ pompæ, saltationes &c. rectè dicunt *Pour. Avers. q. 20. l. 2.* peccari posse mortaliter, quia secundum communem mortale est tum sacram benedictionem solemniter adhibere, ergo multo magis sæculares pompas publicas, cum hæc magis dedeçant tempus sacrum, & avocent à divinis:

469. §. 10. Tempus feriarum ante Quadragesimam incipit horâ 12. noctis ante Cineres. Ante primam Dominicam Adventûs de Jure deberet cum Dominica incipere à primis vesperis in subbatho, nisi consuetudo in certis locis aliud haberet, *Sanch. Krim. n. 1955.*

470. §. 11. *Fagn. in Cap. Capellanus*, De feriis à n. 8. operosè contendit sacris temporibus prohiberi etiam privatam deductionem sponsæ ad domum sponsi, itémque consummationem Matrimonii, sed rectè cum communi contradicunt *Sanch. Pignat. tom. 6. conf. 47. Krim. n. 1956.* quia Canones loquuntur de sola benedictione nuptiali, solenni traductione sponsæ, publicis lætitiis &c. & si novis conjugatis prohiberetur copula, etiam non liceret aliis conjugatis. Hinc addit *Pignat. declarationes*, quæ adducuntur in contrarium, vel non esse authenticas, vel datas esse propter particulares consuetudines in certis locis. Infert *Gob. tr. 9. à n. 70.* Parochum non agere contra ullum Jus, si tempore Adventûs vel Quadragesimæ assistat Matrimonio non solenni, dilatis benedictionibus in aliud tempus, nisi obstat alicubi consuetudo, nam notat *Te-*

bona tr. 7. c. 7. Jure particularium aliquarum Ecclesiarum non permittitur Matrimonium etiam non solemnizatum, nisi adsit causa specialis & licentia Ordinarii.

§. 12. Episcopum dispensare posse in præcepto certis temporibus prohibente solemnizatione nuptiarum, negant *Henriq. & alii*, quia est lex Superioris: Posse dispensare docent *Sot. Sa, Por. & alii*, quia non reservatur Papæ; & id admittunt *Sanch. l. 7. d. 7. n. 6. & Avers. q. 20. f. 2.* ex causa urgente, quæ rara erit, si non posset recurrere ad Papam.

§. 13. Parochus solemniter celebrans Matrimonium temporibus ab Ecclesia prohibitis, potest ab Episcopo puniri pœnâ arbitrariâ, *S. Congreg. 3. Dec. 1644. apud Pignat. tom. 1. consult. 137.* An peccet, qui metu gravi coactus contrahit Matrimonium cum impedimento impediente, dicam n. 660.

Q. 65. Quid circa proclamationes sit addendum. 473.

§. 1. Per proclamationes intelliguntur demumtiationes sive banna, quibus publicatur Matrimonium inter certas personas esse incedendum, per quod tantò magis cavetur, ne sit clandestinum: Dupliciter enim dicitur clandestinum, vel simpliciter, vel secundùm quid: Clandestinum simpliciter est, quod contrahitur sine Parocho & testibus, de quâ clandestinate agemus à n. 706. Clandestinum secundùm quid est, quod contrahitur neglectis proclamationibus, tum enim caret perfectâ publicitate, & de hac clandestinate hîc agimus.

§. 2. Circa proclamationes ita statuit *Trid. sess. 24. De ref. Matr. c. 1. Inposterum, antequam Matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium* 474.

V 2 Parocho

II
201
mor.
I. audii
Crox
VIII

Parocho tribus continuis diebus festiuis in ecclesia intra Missarum solennia publicè denunciatur, inter quos Matrimonium sit contrahendum, quibus denunciationibus fuerit, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonii in facie Ecclesie procedatur..... Quòd si aliquando probabilis fuerit suspitio Matrimonium malitiosè impediri posse, si tot præcesserint denunciationes, tunc vel una tantum denunciatio fiat, vel saltem Parocho & duobus vel tribus testibus præsentibus Matrimonium celebretur, deinde ante illius consummationem denunciationes in ecclesia fiant, ut si aliqua subsint impedimenta, facilius detegantur, ne Ordinarius ipse expedire iudicaverit, ut prædictæ denunciationes remittantur, quod ipsius prudentiæ & iudicio S. Synodus relinquit. Atque ex his verbis Trid. inferit cum communi Avers. q. 7. l. 1. contra Sa. & Ledesm. certò fore mortale, si contracturi iurerent, aut Parochus assisteret Matrimonio omiffis proclamationibus, quamvis aliunde haberetur certitudo de absentia impedimenti: hæc tamen habità, præter citatos à Busenb., putant Gutt. Villal. Barb. Dian. non fore mortale, si omittetur una ex tribus, sed adhuc contradicunt alii, ad quos inclinat Avers. tum quia ideo non cessat lex, licèt finis ejus in particulari casu videatur cessare, secundùm dicta l. 1. à num. 863. tum maximè, quia cum sit usus, ut fiant tres proclamationes, posset esse, quòd quis expectaret tertiam ad detegendum impedimentum. Attamen omittere diem festivum intermedium, aut proclamare extra Missarum solennia, aut in publico concursu extra ecclesiam, non videtur fore mortale, uti insinuat Avers. addens fieri debere à Parocho, vel ex ejus commissione ab alio, qui non necessariò debeat esse Sacerdos.

Noti-

Notavi etiam l. 1. n. 797. quamvis certum sit adesse causam ineundi Matrimonium sine proclamationibus, non ideo iniri posse sine dispensatione.

§. 3. Ab hac lege proclamationum non excusantur milites, quamvis à suis Officialibus afferant testimonium, quòd careant impedimento: facilius tamen tum posset esse causa dispensandi, aut etiam in necessitate procedendi sine proclamationibus, secundum dicenda postea; De cetero cum milites facile mutant præsidia, ac frequenter alibi uxores habeant, decretum est in diocesi Monasteriensi, ut ejusmodi militum vagi & extranei proclamantur, habetque visus, ut etiam petatur informatio ex locis, in quibus proximè fuerunt, quia compertæ sunt sæpe fraudes, imò priusquam ad proclamationes deveniatur, expedit Capitaneos & alios commilitones consulere, qui facile scient, an in alio fortè loco uxorem habeant. Et universim circa proclamationes vagorum emanavit per sacram Congreg. generalis Inquisitionis de Urbe, anno 1637. mandatum ad omnes Ordinarios, ne permittant fieri denunciations forensis sive vagi, nisi Parocho adstiruro per authenticam fidem Ordinarii ipsorum vagorum de illorum statu libero constet; & quamvis de mero observandum esset, cum experientia sæpe docuerit ejusmodi vagantes alibi uxores aut maritus habuisse, tamen potest quis quoad hoc stare usu in sua diocesi præscripto, Kröm. num. 2164:

§. 4. Docent Laym. l. 5. t. 10. p. 2. c. 4. n. 10. 476. Col. t. 10. n. 514. Lohm. non esse damnandam consuetudinem quarundam diocesum, in quibus

Handwritten text on the book's spine, including the words "mor.", "audii", "Crox", and "VIII".

bus proclamationes sunt tantum in illius sponsi Parochia, in qua celebranda sunt nuptiae, sed tenendum est oppositum ob declarationem S. Congreg. à Greg. XIII. confirmatam, quam ex Nav. refert Gallemart ad Trid. sess. 24. De ref. Matr. c. 1. n. 1. ideoque in Synodo Colon. anni 1662. De Matr. c. 2. §. 5. sic statuitur: Si Matrimonium contracturi diversarum sint parochiarum, in utraque sunt proclamationes, nec ante Parochus unius ad Matrimonii solennis actum, nisi habito ab alterius Parocho, testimonio, quod praescripte à Conc. Trid. proclamationes in sua Parochia legitime facte fuerint, & de nullo constet impedimento, procedat. Imò intentio fuit an. 1697. in dioecesi Monasteriensi, ut inituri Matrimonium proclamarentur, non tantum in loco domicilii, sed etiam originis, ubi impedimenta consanguinitatis notoria sunt, sed haecenus non potuit deduci ad praxin, nec reipsa id videtur requirere Trid. cum dicat à proprio Parocho, qui censetur esse Parochus, non pure originis, sed domicilii: si quis autem per diversas anni partes in diversis Parochiis habitet, volunt aliqui in singulis proclamari, alioquin non obtinetur finis praeccepti, qui est, ut impedimentum, si forte subest, ab illis detegatur, apud quos haecenus est commoratus; fatentur tamen, si Parochiae essent ita vicinae, ut quod in una scitur, etiam sciatur in altera, fore satis in una proclamari. Alii cum Pontio dicunt sufficere fieri in Parochia, in qua ultimò est: Alii cum Con. Sanch. Barb. Dian. in ea, in qua diutius habitavit. Avers. q. 7. f. 1. rectè dicit observandum usum & consuetudinem locorum. Quid circa vagos sit praeterea observandum, dicam à n. 746.

477. §. 5. Putant Laym. Lohm. Krinner n. 691. & alii pro-

proclamationes fieri posse die non festo, si in choro sit solennitas, & conventio frequens populi adfit, sed *Synod. Colon. anni 1662. De Matr. c. 2. §. 3.* vetat id fieri sub pœna 30. aureorum. *Ind. Zerola & alii cum Barb.* dicunt, nequidem Episcopum posse dispensare, ut fiat die feriali, quia *Trid.* expressè dicit, *diebus festivis*, ergo debet esse festum, saltem manè, dum fit proclamatio, quamvis post meridiem non sit festum.

§. 6. *Sanch. & Laym.* putant debere intercedere saltem duos dies inter unam & alteram proclamationem: *Gob. n. 519.* dicit, sufficere unum, *Ind. Hart. Dicast. Lohn.* dicunt, nequidem opus est, ut unus intercedat, cum de hoc nihil præcipiatur, unde spectanda est consuetudo locorum: *Synod. Colon. supra §. 3.* requirit minimum unus diei intervallum; si autem transliatur unus dies festus, non erit peccatum, si adfuerit causa aliquo modo rationabilis, vel inadvertentis, *Cin. Tom. March. Dicast. Gob. Lohn.* Hinc si qui hac Dominicâ proclamati sint, & quia defertur impedimentum, quod prius debet examinari nulli, omittatur Dominicâ sequente secunda proclamatio, poterunt postea superaddi reliquæ proclamationes, dummodo inter primam & secundam, quæ resumitur, non sint interlapsi duo menses.

§. 7. Si absit scandalum, proclamationes fieri possunt in templis hæreticorum, uti sunt proclamationes aliorum contractuum, *Less. in aut. v. Hæretici. cas. 24.*

§. 8. *March.* apud *Gob. n. 518.* dicit in dicecesi *Lothiensi* jurare sponsose se contracturos intra 40. dies post ultimam denunciationem. *Busenb.* dicit die ultimæ denunciationis posse contrahere,

re, sed *Syn. Colon.* supra vult intercedere saltem
 iunius diei intervallum, ut deferri possit impe-
 dimentum, si quod subsit. Quod si non contra-
 hant intra 4. menses post ultimam denunciatio-
 nem, refert *Galle.* n. 3. declaratum esse, quod
 denunciations repeti debeant. *Rituale Rom.* ait,
 si intra duos menses post factas denunciations Matrimo-
 nium non contrahatur, denunciations repetantur, nisi
 aliter Episcopo videatur.

481. §. 9. Qui scit impedimentum inter eos, qui
 denunciati sunt, etiam impediens tantum, *Avers.*
De Justis n. 235. ac multò magis dirimens, eti-
 amsi planè occultum, & etiamsi sub secreto ju-
 rato, tenetur sub mortali illud denunciare, tum
 ex Jure naturæ, tum ex speciali præcepto Ecclē-
 siæ, cum commune bonum, salus proximi & va-
 liditas Sacramenti prævaleant; si autem inde
 oriretur infamia denunciatis, tenetur privatim
 admonere: quod si non desistant, tenetur mo-
 nere Parochum. Quod tenet, etiamsi probare
 non possit, ad hoc enim non tenetur, & quam-
 vis audièrit tantum à fide digno, vel per famam
 ortam à fide dignis, tum enim Superiori incum-
 bet videre, quid agendum sit, excusabitur ta-
 men, si prævideat sibi inde grave detrimentum
 vel scandalum. Hæc omnia pluribus firmat *Avers.*
 q. 7. f. 4. cum communi contra aliquos. Notat
 autem rectè *De Justis* l. 2. c. 19. te non excusari à
 delatione impediendi, quamvis præsumere
 possis esse deferendum ab alio, si de hoc certus
 non sis, quia sic omnes possent excusari & nullus
 deferre.

482. §. 10. Si contrahentes procedant bonâ fide,
 nec sciant impedimentum suum dirimens, & ju-
 dicetur nunquam prodendum, putant *Pont. Pe.*
 1153

cent. 2. cal. 78. non esse obligationem denunciandi: sed oppositum tenendum est, per loquendo, ita enim postulat reverentia debita Sacramento, & obligatio ex charitate impediendi etiam fornicationes materiales sponsum, quando id fieri potest sine gravi incommodo, uti dictum est l. 2. n. 214.

§. 11. Si Episcopus solus noverit impedimentum, docet Perez d. 43. f. 8. eum non posse prohibere Matrimonium, quia est Judex, qui non debet procedere ex privata scientia: Teneri tamen deferre ad Superiorem docet Gob. in Quin. c. c. 37. n. 48. E contra Cón. & Avers. §. At si, probabilius dicunt posse prohibere, quia hic non agitur in cujusquam prejudicium, quia sponsus favorabile est repelli à tali Matrimonio: & si non obstante hoc, quod sit Judex, debere possit ad Superiorem, etiam potest cum sponsis id exequi & nomine Ecclesie attinere, à tali crimine absteant.

§. 12. Parochus, qui hic Judex non est, debet negare suam assistentiam, etiam si solus & ex licentia sua privata noverit impedimentum, ac sponsi publicè petant conjungi, Avers. §. Alii, Gob. Exp. tr. 10. n. 539. De Justis n. 225. contra Leff. Pont. autem l. 5. c. 35. n. 6. negat, si Parochus non resciat per alium testem. Nec obstat, quod peccatori occulto publicè petenti non debeat negari Sacramentum, ne causetur infamia, secundum dicta l. 6. p. 1. n. 144. nam speciale aliquod est in Matrimonio, in quo Ecclesia requirit proclamationes publicas, agit per modum publici fori externi, in hoc autem judicio externo pro sufficiente probatione habetur id, quod secretò, etiam si secretò, constat per unicum te-

Handwritten text on the book's spine, including the words "mor.", "audii", "Crox", and "VIII".

stem, uti Jus statuit, quod referam n. 486. Parochus autem hic est talis testis, quia tenetur id referre Episcopo.

485. §. 13. Si Parochus sciat contrahentes habere impedimentum, & quia probare non potest, ab Episcopo cogatur eos conjungere, si id faciat, non peccat, quia, quando quis impedire non potest, non peccat, quamvis alteri materiam peccati subministret, *Henriq. Bon. Castrop. Sanch. l. 3. d. 15. n. 12. Avers. §. Si vero: Gob. in Quin. tr. 5. c. 37. n. 45.*

486. §. 14. Si unus tantum de auditu, aut non juratus testetur de impedimento, non sufficit ad impediendum Matrimonium, sed potest ad nuptias procedi, *Nay. Gob. supra n. 35. Docet tamen Avers. q. 7. l. 5. §. Debet. in impedimento consanguinitatis sufficere, si testis deponat, se audisse à Majoribus suis, saltem duobus, computando distinctè ex utraque parte gradus. Si autem post unam aut alteram proclamationem etiam unicus testis testetur de visu, & cum juramento, quòd adfit impedimentum, Parochus non potest pergere, nam Cap. super De testibus & attest. dicitur: super illa questione, an mulier conjungenda non sit viro, pro eo, quòd sola mater aliter utrum eos esse consanguineos confitetur, non debent conjungi. Et idem est, si publica fama de impedimento probetur in judicio, Avers. §. Consetur. Et hoc defendit Sanch. l. 1. d. 71. etiam si sponsalia essent jurata. In quo tamen casu juratorum sponsalium deberet allegans impedimentum non clam, sed declarato suo nomine id attestari, uti habent Juristæ apud Avers. §. Debet: Parochus autem non debet excipere juramentum talis testis, nec examen instituere de impedimento, hoc enim face*

actus jurisdictionis exterioris, quam non habet Parochus, sed Ordinarius, Gob. n. 31. & ad dens n. 32. in Germania Parochum posse

§. 15. Si unus sponforum suâ sponte dicat 487. haberi promississe Matrimonium, sed fictè; aut dixerit se impeditum, & postea revocet: tunc dicunt, alii negant ei esse nunc credendum.

§. Si rursus rectè dicit remittendum esse ad Episcopum, qui considerabit circumstantias facti & personarum.

§. 16. Quando dispensatio impedimenti est 488. pro foro conscientie tantum, si nemo præ-

sentios ipsos illud denunciât, possunt coniungi, quia impedimentum sublatum est, nec tenentur ad forum externum: si autem aliquis

proclamationes denunciât tale impedimentum, Sanchez l. 3. d. 15. n. 15. Gob. n. 44. Cor-

pus De Justis l. 1. c. 6. n. 175. & alii dicunt non posse conjungi, tum quia per clausulam, pro conscientie tantum, præcipitur, ut is, cui

impedimentum denunciatur, sic se habeat, atque non esset dispensatum: tum etiam, quia

in ipso, quòd aliquis post proclamationes denunciât, censetur delatum ad forum externum.

§. tamen q. 7. f. 5. §. ult. putat, si denunciatur secreto & privato tantum modo id dixisset Parochus, qui eum moneret de silentio & dispensatione obrentâ, sicque faceret acquiescere placere, posse procedi ad copulationem, si

impeditur, quominus censeatur deductum ad forum externum. 489. Quando contrahentes spectant ad diversas

Handwritten text on the flyleaf, including "mor.", "audii", "Crox", and "VIII".

verfas diœceses, si non dispensetur, debent in suis Parochiis utriusque diœcesis proclamari: si tamen alteruter Ordinarius dispense in proclamationibus, sufficit, ut sine eis possint contrahere, etiam in altera diœcesi, in qua dispensatum non est, quia verum est dispensasse Ordinarium, *Côn. Regn. Sanch. l. 3. d. 7. n. 7. Barb. De officio Episc. alleg. 32. n. 35. Avers. q. 7. f. 2. Gob. Krim. n. 686. contra Bonac. qui dicit, tum tantum sufficere, quando Matrimonium contrahitur in diœcesi illius, qui dispensavit.*

490. §. 18. Episcopus non tenetur semper dispensare, quando licite potest, cum tamen id committatur, non ipsius libertati, sed arbitrio, id est, iudicio secundum prudentem rationem regulato, tenetur sub mortali, quando id exigit necessitas publica vel privata ad vitandum grave aliquod incommodum animæ, corporis, fame vel fortunarum proximi, *Tann. Gob. Avers. supra, Sanch. d. 10. n. 6. & addunt Sanch. n. 26. & 29. Pont. l. 5. c. 32. n. 7. Côn. Krim. n. 689. si tum negat Episcopus, posse contrahi absque denunciationibus, eò quod leges humanæ non ligent cum tanto damno, sed Avers. limitat, quando non pateret recursus ad majorem Prælatum.*

491. §. 19. *Sanch. apud Gob. tr. 10. n. 483. generaliter dicit posse remitti proclamationes, quoties non subest prudens timor ullius impedimenti: item, quando contrahentes sunt vagi & ignoti, nam ferme frustra tales denunciantur, Gob. 491. Sicuti autem Trid. supra dicit posse sine proclamationibus præmissis iniri Matrimonium, quando est probabilis suspicio, quod malitiosè impediri possit, ita similiter fieri potest, si concubiniarius sit proximus morti, & pro legitima-*

debet in
lamari: si
in procla-
nt contra-
dispensa-
e Ordina-
arb. De of-
7. f. 2. Gob.
tum tan-
contrahi-
er dispen-
n id com-
itrio, id
ionem re-
exigit ne-
um grave
ris, fame
erf. supra,
26. & 29.
si tum ne-
denuncia-
non ligent
e, quando
atum.
3. genera-
s, quoties
edimenti-
& ignoti-
Gob. 491.
ne procla-
monium
malitiosu-
st, si con-
legitima-
tione

one prolium petat Matrimonium inire cum
concubina, nec tempus superfit petendi dispen-
sationem, utroque tamen casu, si uterque su-
pervivat, debent postea fieri proclamationes, si
Ordinarius non dispenfet, quod meritò in casi-
bus illis facere debet.

§. 20. Vicarius generalis habet potestatem 492.
ordinariam dispensandi in proclamationibus,
Sanch. d. 7. n. 10., Barb. alleg. 32. n. 30. Gob. nu.
193. contra Pontium, testaturque Paris. de resign.
l. 3. q. 11. n. 20. quòd, quando Trident. concedit
aliquid Ordinario, hoc nomine veniat etiam
Vicarius generalis, hinc potest Vicarius hanc
potestatem delegare alteri, saltem ad casus par-
ticulares, uti habent citati Authores. Nec obstat,
quod Trid. hanc dispensationem remittat pru-
dentie & arbitrio Ordinarii, adeoque videatur
eligere industriam hujus personæ, nam rectè no-
te dresf. supra, quando non in individuo, sed
in communi tantum aliquid committitur ra-
tione officii vel dignitatis alicui, non restringi
ad industriam personæ. Vide dicenda n. 878.

§. 21. Abbates præditi potestate Episcopali 493.
habent hic eandem potestatem, quam Episcopi,
non tamen Archi-Episcopi respectu diocesium
subjectarum subordinatis sibi Episcopis. Barb.
suprà. Gob. n. 504.

§. 22. Declarare potest Parochus non obli- 494.
gare præceptum proclamationum, si Episcopus
dispensare teneretur, & adiri non posset; Item
si sponsus aliàs esset deserturus sponsam, vel ipsa
non contracto Matrimonio secutura esset, &
permanens in fornicationibus: Item, si Ordina-
rius injustè neget dispensationem, quando est
arguens causa illius, nec recurri potest ad alium,
Sanch.

Sanch. Gob. n. 493. Quando autem est prudens suspicio, quod malitiosè impediendum sit Matrimonium, *Vwald.* putavit per *Trid.* suprà fieri Parocho potestatem assistendi sine dispensatione Episcopi, sed alii communiter cum *Avery.* contradicunt, nam *Conc. Lateran.* ad quod se remittit *Trid.*, committit omnia iudicio Episcopi, nisi necessitas aliud postulet, & periculum sit in mora.

495. §. 23. Huc pertinet solutio sequentis casus: Titius cum Caja filia Bonnenfi redit Colonia, & quia Patre Cajæ obnitate noluit eos copulare Parochus Bonnæ, petunt Colonia copulari, ac pro eo, quod nullum adfit impedimentum, offert Titius realem cautionem omnium suorum bonorum, minitans se abiturum desertà & infamatà Cajâ, si statim non copuletur. *Quæritur*, An Titii Parochus Colonia bene faciat illi assistendo. R. Non bene, sed cum possit, prius recurrere debet ad Ordinarium suum, & facere, quod ille ordinaverit, qui re perpensâ poterit in proclamationibus dispensare. Deinde rationabilis consuetudo postulat, ut vel proclametur utrobique, vel saltem exhibeantur aliqua dimissoria alterius Pastoris, tum ad deregenda impedimenta, tum ad avertenda alia incommoda, hoc autem non fiet, si ita passim & liberè procedatur cum nuda ejusmodi cautione verbali aut etiam reali.

496. §. 24. Si tam citò haberi non posset dispensatio in denunciationibus, putat *Hauckius* apud *Lohn.* sufficere unam tantùm fieri in his præterea casibus, & postea reliquas supplendas post contractum Matrimonium: 1. Si multùm pudeat sponfos ob inæqualitatem, senium, vel infamiam

miam, si fuerint concubinarii. 2. Si proximum
 sit tempus, quo prohibentur nuptiæ: & hanc
 proximitatem temporis clausi sufficere, dicit *Hart.*
 l. 3. diff. 20. n. 69. à *S. Congregatione* esse decisum.
 Si magnates contrahere velint, inter quos
 non esse impedimentum. 4. Si damnum
 notabile, temporale vel spirituale, aliàs nasce-
 retur. Sed hæc & similia ad summū pro foro in-
 terno valere poterunt, plerumque enim impro-
 bant Ordinarii, si Parochus sic procedat.
 Quod si post contractum ita Matrimonium nol-
 lunt abstinere ab usu, usque ad suppletas reli-
 quas denunciations, notant rogandum Episco-
 pum, ut dispenset. Si autem ante dispensatio-
 nem, & non suppletis denunciationibus Matri-
 monium consumment, *Ledesm.* dicit, si certi sint,
 non esse impedimentum, peccaturos tantum ve-
 nialiter: *Cbn. Sanch. Bonac. Pont.* dicunt toties pec-
 caturos mortaliter, quoties consummabunt:
Barry. & Avers. s. 3. putant, in prima tantum
 consummatione peccaturos mortaliter. Videtur
 tamen adhuc manere obligatio ad denuntiatio-
 nes, ut in facie Ecclesiæ habeatur certitudo de
 valore Matrimonii.
 §. 25. Huc reducitur sequens casus: Titius 497.
 & Berta dispensati à proclamationibus, cum
 essent sola, ut copularentur à Parocho sponsæ: ob-
 scuras, quas putabant justas, accesserunt ad Pa-
 rochum sponsi, & coram eo ac testibus contraxe-
 runt. *Queritur*, an validè. *R.* Affirmativè, quia
 nihil plus non requirit, quàm ut contrahant co-
 ram proprio Parocho, sacra autem Congregatio
 declaravit per proprium Parochum intelligi
 Parochum alterutrius è sponsis, quod immuta-
 re non potuit Episcopus dispensans à proclama-
 tionibus.

tionibus : hoc unum velle potuit, ut non valeret dispensatio à proclamationibus, nisi contraherent coram Parocho sponsæ, sed hoc non tollit valorem Matrimonii contracti, nam si absque petita dispensatione à proclamationibus ita contraxissent, valuisset Matrimonium, uti certum est, docetque cum communi *Avers.* q. 7. l. 1. contra paucos Juristas, ergo & nunc valet. Id unum restat, quòd casu quo Episcopus noluerit dispensare in proclamationibus, nisi sub conditione, quòd contraherent determinatè coram Parocho sponsæ; tum re ipsa contraxerunt sine dispensatione, adeoque sunt ita punibiles, ac si absque proclamationibus contraxissent.

498. Q. 66. *Quid notandum sit circa pœnas statutas contra eos, qui contrahunt, vel assistunt Matrimonii, neglectis proclamationibus. R. §. 1. Si Matrimonium in gradu prohibito contrahatur neglectis proclamationibus, imprimis proles non habentur legitimæ, licèt parentes contraxerint cum ignorantia impedimenti, si non fecerint Matrimonium suum in facie Ecclesiæ publicari ante detectum illud impedimentum, Cap. fin. De clandest. despons. Deinde tales contrahentes carent spe dispensationis, quamvis similiter contraxerint cum ignorantia impedimenti, Trid. sess. 24. c. 5. De ref. Matrim. cujus hæc sunt verba: Si quis intra gradus prohibitos scienter Matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequenda careat, idque in eo multò magis locum habeat, qui non tantum Matrimonium contrahere, sed etiam eos summare ausus fuerit. Quòd si ignoranter id fecerit, quidem solemnitates requisitas in contrahendo Matrimonio neglexerit, eisdem subjiciatur pœnis, non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experietur.*

capius salubria praecepta temere contempserit. Si vero solennitatibus adhibitis impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo, & gratis, dispensari poterit.

§. 2. Ut haec poenae incurrantur, requiruntur 499. impeditis, ut nec in gradu tali prohibito, nec in proclamationibus fuerit dispensatum, & proclamationes scienter ac praesumptuose cum culpa sine neglecta, quia sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus, Reg. 23. Juris in 6. Rem, quae in causa vacat, in damnum vocari non convenit, Cap. 2. De constit. Omnis poena, si justa est, peccati poena; S. de leg. l. 1. Retract. c. 9. Imò cum dicatur, si scienter contrahere praesumpserit, ab hac poena excusatur ignorantia etiam vincibilis aliquando, secundum dicta l. 1. à num. 769. unde si saltem unus contrahentium fuisset acatholicus, qui bonae fide processisset, eò quòd non agnovisset impedimentum in tali gradu, nec putasset proclamationes esse necessarias, non incurrisset poenam Trid. quae supponit scientiam & praesumptionem.

§. 3. Incurruntur haec poenae, licet Matrimonium 500. initum sit coram Parocho & testibus, imò et coram tota communitate, quia si neglecta sine proclamationibus, non habet publicitatem legalem & specialiter praecipiam sub tali poena, de h. l. 3. d. 1. n. 10. contra Innoc. Abb. & alios.

§. 4. Eodem Cap. fin. dicitur: his, qui taliter 501. praesumpserint, etiam in gradu concesso sine proclamationibus, copulari, condigna poena imponatur: praeterea etiam dicitur: si Parochus vel alius Sacerdos ab eo designatus praesumat assistere Matrimonio in gradu prohibito neglectis denunciationibus, per triennium ab officio suspendatur, Tom. VIII.

X tur,

mor.
I. alidi
Crox
VIII

tur, gravius puniendus, si culpæ gravitas postulaverit: & hanc pœnam extendunt aliqui etiam ad Matrimonium validum neglectis proclamationibus contractum, quamvis contradicatur *Krim.* n. 725. Est autem hæc pœna ferendæ sententiæ, nec potest à Judice imminui, sed tantum augeri, talisque suspensio, vel elapso triennio definit ex se, vel ante triennii finem tolli potest à sola Sede Apostolica, quia Concilium, quod Episcopo superius est, expressè determinat triennium, quo duret, *Avers.* q. 7. f. 3. *Krim.* à n. 725.

502. §. 5. Si Matrimonium sine proclamationibus contrahatur, non in gradu prohibito consanguinitatis vel affinitatis, sed in alio impedimento, quod per proclamationes manifestari potuerit, v. g. in impedimento criminis, *Sanch.* l. 3. d. 24. n. 4. *Barb.* & alii putant adhuc incurri pœnas, quia hic manet ratio legis: sed probabilius contradicunt *Castrop.* & *Krim.* à n. 710. & 2187. quia Jus utroque loco expressè dicit, *intra gradus prohibitos*, ergo cum sit odiosum, extendi non debet, sed manere restrictum ad omissionem proclamationum, per quas resciri potuisset gradus prohibitus: Et pro hoc refert Declarationem *Galle.* ad *Trid.* supra n. 2.

503. §. 6. Si tale Matrimonium saltem temporatæ proles sit validatum, proles est legitima, *Cap. Quod nobis 2.* De clandest. despons. & *Cap. Quod nobis 5.* Qui filii sint legitimi, *Castrop.* d. 2. p. 13. §. ult. n. 4. putat tamen *Krim.* num. 718. hoc tenere tantum in casu, quo ignoraverant impedimentum.

504. Q. 67. Quid circa benedictionem Matrimonii sit addendum. *R.* §. 1. Circa illam sic statuit *Trid.* sess.

De ref. Matrimonii, c. 1. Eadem S. Synodus hor-
 tatur, ut conjuges ante benedictionem sacerdotalem in
 templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent,
 sed benedictionem à proprio Parocho fieri, ne-
 que à quoquam, nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario
 licentiam ad predictam benedictionem faciendam alii
 Sacerdoti concedi posse, quâcunque consuetudine etiam
 immemoriali, quæ potius corruptela dicenda, vel privi-
 legio non obstante. Quod si quis Parochus vel alius Sa-
 cerdos sive Regularis, sive secularis sit, etiam id sibi ex
 privilegio vel immemoriali consuetudine licere conten-
 dit, alterius Parochie sponfos sine illorum Parochi li-
 centia Matrimonio conjugere, aut benedicere ausus fue-
 rit, ipso Jure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab
 Ordinario ejus Parochi, qui Matrimonio interesse debe-
 bit, seu à quo benedictio suscipienda erat, absolvatur.
 Notatque Aversa q. 6. f. 8. §. ult. hanc suspensio-
 nem esse ab officio & Beneficio, quia dum non
 restringitur ad alterutram partem, intelligitur
 de utraque, cum ratio non sit, cur potius intel-
 ligatur de una, quàm altera: Estque hæc pœna
 imposita soli assistenti vel benedicenti, non au-
 tem deputanti alium, qui faciat pro se, Avers.
 q. 10. f. 3.

§. 7. Docent Nav. & Gob. tr. 10. n. 561. per se
 sequendo nequidem veniale esse omittere bene-
 dictionem: sed esse saltem veniale tenendum est
 cum communi apud Busenb. Imò Avers. qui q. 6.
 §. dixerat fore veniale, si omitteretur sine causa,
 q. 10. f. 4. docet peccari mortaliter, si absolute
 omitteretur. Si autem benedictio fiat prius post
 consummationem Matrimonii, Palud. Tabien. &
 alii adhuc dicunt peccari mortaliter, & quidem
 quoties secundum S. Anton. quoties illud consum-
 mabitur, sed probabilius dicunt Nav. Sanch. Pont.
 X 2

Laym

Laym. Krim. n. 1867. in hoc nullum esse peccatum, dummodo postea fiat, quia nullibi invenitur præceptum, & *Trid.* supra tantum hortatur, ut conjuges ante benedictionem in eadem domo non cohabitent: communiter tamen, inquit *Avers.*, erit veniale, differre post consummationem, nisi adsit justa causa, qualis est, si quis, v. g. initio Quadragesimæ contraheret, quia durum esset, differre consummationem usque ad benedictionem post octavam Paschæ faciendam.

506. §. 3. Quamvis plures cum *Barb. De off. Episc.* alleg. 32. n. 18. dicant hanc esse declarationem S. Congregationis: *Ordinarius non potest prohibere, quin Matrimonia domi celebrentur servata Concilii forma: sed cum maxime deceat, ut in ecclesia celebrentur, id hortari debet, non præcipere;* idemque referat *Pign.* tom. 9. conf. 133. n. 14., tamen *Avers.* q. 6. l. 5. §. *Ad ritum*, notat, vel non constare de illa declaratione, vel esse usu abrogatam, nam Romæ, Panormi, & alibi præcipitur, ut fiat in ecclesiis. Et ideo *Pign.* tom. 1. consult. 351. refert aliam declarationem S. Congreg. datam 7. April. 1649. quæ dicat faciendam esse in ecclesia. Hinc *Syn. Colon.* anni 1662. De Matrimonio c. 4. §. 1. præcipit sub gravi pœna, ut solemnizatio Matrimonii fiat in ecclesia sub Missa.

507. §. 4. Parochus utriuslibet sponsi potest benedicere, uterque enim est proprius, communis cum *Sanch.* l. 7. d. 82. *Gob.* n. 566. contra paucos qui dicunt, id fieri debere à Parocho sponsæ, sed non apparet ratio, unde quamvis coram Parocho sponsi esset contractum Matrimonium, posset postea benedici à Parocho sponsæ, nisi alicubi esset consuetudo contraria. Quod si subito à Parochia, in qua conjuncti sunt, abirent

ad aliam, deberent ab hoc ultimo Parocho benedici, quia hic solus jam est proprius, *Avers. q. 20. f. 3.*

§. 5. Ecclesia non benedicit secundas nuptias, Cap. vir, De 2. nuptiis, *vir autem aut mulier ad bigamiam transiens non debet à Presbytero benedici, nisi cum aliâ vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debet.* Si tamen unus eorum nunquam sit benedictus, *Laym. Lohn. Busenb. docent posse benedici, quod S. Th. S. Bonav. Silv. Covarr. Nav. aliique dicunt tum saltem faciendum, si mulier nunquam fuerit benedicta, quia ad illam præcipuè profecunditate dirigitur benedictio, quamvis contradicant multi cum Avers. q. 20. f. 1. Krim. n. 1870 putantes omitti debere benedictionem, si vel vir vel mulier aliquando est benedicta, quod Bonac. & alii cum Krim. n. 1872. extendunt, etiam si prius Matrimonium fuisset irritum, quia benedictio cadebat in personam. Sanch. l. 7. d. 1. & alii probabiliter concedunt de consuetudine saltem posse benedici secundas nuptias, si alteruter antea non sit benedictus.*

§. 6. Putat *Avers. q. 1. f. 6. §. Etenim, si duo amideles convertantur, posse illorum, quasi novæ nuptias benedici, quamvis ad hoc non sit obligatio; & addit contractum priorem, supposito Baptismo, transire in Sacramentum, sed hoc valde incertum est, secundum dicta n. 407. Hoc tamen non obstante videntur posse benedici, cum benedictionem nunquam acceperint. Et non debere benedici, si uterque contrahens sit acatholicus posse autem benedici, si alteruter tantum sit acatholicus, dixi l. 2. n. 99. An Puerperæ acatholica possit purificari, dicam hic n. 99 §. Obijtes. Sanch. l. 7. d. 9. n. 13. & Tamm. d. 8. q. 4.*

X 3

dub.

dub. 5. n. 94. dicunt illicitum esse benedicere nuptias, si alteruter sit hæreticus. R. n. aff. nam *Sanch.* loquitur de excommunicato excommunicatione majore, hanc autem, saltem multi rudes in Germania non incurrunt, aut quia sunt hæretici tantum materiales, aut quia nesciunt esse annexam suæ hæresi: & in dubio nemo præsumitur esse excommunicatus, secundum dicenda l. 7. n. 121. Deinde dato contrahentem hæreticum esse excommunicatum, attamen est toleratus, ergo si catholicus contrahens, eum & Parochum requirat, potest ille toleratus cum eo communicare, etiam in sacris, uti rectè *Sanch.* n. 11. & constat nunc post *Conc. Constant.* *Tavernus* loquitur de Matrimoniis inter personas hæreticas: & rationem dat, tum quia benedicens approbat actionem contrahendi ac Deo gratam esse jubet: tum quia cum hæretici damnent ceremonias ecclesiasticas, digni non sunt, quibus illæ adhibeantur. Hæ autem rationes tantum probant, si uterque sit hæreticus, nam si alteruter sit catholicus, actio, quæ hic contrahit, approbari potest tanquam Deo grata; & ipse non damnat ceremonias ecclesiasticas, sed est eis dignus.

§10. §. 7. *Syn. Colon.* suprà c. 4. §. 6. prohibet curatis & vice-curatis, ne in nuptialibus conviviis circumstant mensas, adhortando invitatos, ut liberaliter contribuant ad instruendam familiam novorum conjugum, vel gratias agendo pro donativo oblato, multò minus in iis choreas agant.

§11. Q. 68. An licitum sit interroganti dicere, quod Matrimonium cum impedimento tantum impediens, vel sine proclamationibus contractum sit validum. R. *Hofst.* *Lop. Vega* & alii dicunt, hoc dicere esse peccatum mortale, quamvis de hoc interrogetur, quia per

per hoc datur ei scandalum & occasio, ut Matrimonium illicitè ineatur, ideòque dicunt, negati debere responsum. *Silv. Rosella* & alii dicunt, cum peccare venialiter, qui sic interrogatus respondet esse validum. *Sanch. l. 7. d. 11. n. 12.* & alii dicunt, si petens videatur fragilis & abusus responsione, fore contra charitatem, si non adhibeatur cauta responsio vel elusio, unde poterit dicere, hoc esse decisu gravissimum, vel simile quid: si tamen non adhibeat hanc cautelam, & etiam non apertè dicat esse validum, dicit non fore mortale, quia præceptum charitatis non ita strictè obligat ad tantam circumspectionem. Si autem petens pergat rogare, an saltem validè fiat, probabilius est cum *Avers. q. 10. l. 4. §. Ex eo*, nullum fore peccatum, si rotundè dicat fore validum, sed illicitum, ideòque admoneat, ne id faciat, nam si aliquod ibi scandalum intervenit, est acceptum, non datum, cum nihil ponatur, quod ex sua natura ducat ad peccatum, tam parùm, quàm sit, si dicam alicui ignorantem, peccatum mortale esse vocare Deum in resem rei falsæ quantumcunque levis, alter enim, si nihilominus agat contra meum consilium, ex pura malitia sua abutitur meo responso.

DUBIUM II.

512.

Que impedimenta dirimentia Matrimonium.

Resp. Præter defectum consensûs, de quo supra cap. 1. d. 1. sunt, quæ sequentibus versibus comprehenduntur:

- Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
- Cultûs disparitas, vis, Ordo, ligamen, honestas,
- Ætas, affinis: si clandestinus; & impositus,

X *

Rapta-

... mor.
... audii
... Croix
... VIII

» Raptave sit mulier nec parvi reddita tutela,
 » Hec socianda vetant connubia, facta retractant.
 » Dicitur I. Error, sci licet personæ: qui dirimit
 » Jure naturæ, v. g. si Cajo volenti ducere Annam
 » offerat se Maria, cum qua, putans esse Annam,
 » contrahat: quia error aufert libertatem &
 » consensum requisitum Jure naturæ ad con-
 » tractum.
 » Dixi, Personæ: quia error qualitatis seu con-
 » ditionis personæ (excipio servitutem) non ir-
 » ritat Matrimonium, ut v. g. si putetur esse no-
 » bilis, virgo, dives, &c. quam quis vult ducere,
 » nec sit talis: quia hic error non tollit consen-
 » sum in personam & materiam contractus. Aliud
 » tamen esset, si absolute nollet consentire in per-
 » sonam, nisi tali conditione affectam, aut si ipsa
 » conditio, juxta intentionem contrahentis, tran-
 » sfiret in conditionem personæ, ut si quis vellet
 » ducere primogenitam Regis, nec aliam, & ta-
 » men alia substitueretur, non subsisteret contra-
 » ctus, Bon. q. 3. p. 2. ex Sanch. l. 7. d. 18. Kon. d. 31. Fill. &c.
 » Dicitur II. *Conditio*, scilicet servilis, ut si homo
 » liber ignoranter contrahat cum serva, vel ser-
 » vus cum serva, nullum est Matrimonium: Id-
 » que secundum sententiam communiorem, Ju-
 » re tantum ecclesiastico, fundato tamen in Jure
 » naturali, cui est valde conforme. Ratio, quia
 » talis contractus adversatur, 1. Bono Sacramen-
 » ti, cum servus invito domino nequeat cohabi-
 » tare conjugum. 2. Bono fidei conjugalium, cum non
 » possit solvere debitum ad libitum alterius. 3.
 » Bono prolis, cum servus omnia acquirat domi-
 » no. Ubi tamen *Notandum*, non esse proprie ser-
 » vos, qui sunt coloni originarii vel ascititii, vul-
 » go dicti *Leibengene*. V. Laym. l. 5. t. 10. p. 4. cap. 2.
 Dicitur

Dicitur III. *Votum*, scilicet solenne castita-
 tes, per susceptionem Ordinis sacri vel per so-
 lennem professionem in Religione approbata,
 sponte emissam.

Dico I. *Sponte*: quia metus gravis irritat
 professiones, ut v. suprà l. 5. c. 1. d. 2.

Dico II. *Solenne*: quia votum simplex tan-
 tum impedit, non dirimit, (excipe tamen vota
 simplicia Societatis:) Vide Laym. c. 3.

Dicitur IV. *Cognatio*, quæ triplex est:

Prima dicitur *legalis*, quæ est propinquitatis
 personarum, proveniens ex adoptione perfecta,
 quæ scilicet persona extranea assumitur in fi-
 lium vel nepotem, ita ut transeat in potesta-
 tem adoptantis eique succedat, vel tanquam
 heres necessarius ex testamento in quarta par-
 te, vel tanquam filius ab intestato in totum) ea-
 dem dirimit Matrimonium usque ad quar-
 tum gradum, inter adoptantem & adoptatum,
 etque descendentes. Cap. Per adoptionem, 3. q. 3.

Cap. Diligere 30. q. 3. Vid. Bonc. q. 3. p. 5. §. 3. n. 4. & 5.
 Vide tamen Laym. cap. 7. & Dian. p. 9. t. 6. R. 54. ubi
 contra communem sententiam notat ex Henric.

l. 5. c. probabile esse, quod post *Trid.* tantum
 dirimat usque ad gradum secundum inclusi-
 vè, sicut cognatio spiritualis.

Secunda est cognatio spiritualis, quæ Jure
 ecclesiastico oritur inter personas aliquas, ra-
 tione Baptismi & Confirmationis, dirimitque
 Matrimonium, (ut habetur c. 1. De cognatione spi-
 rituali, in 6. Cap. Veniens & constat ex *Trid.* s. 24. c. 2.
 v. Bon. q. 3. p. 5. Sanch. l. 7. d. 34. Suar. 3. p. q. 67.) inter
 baptizantem & baptizatum, & hujus patrem
 & matrem; item inter susceptorem & susce-
 ptam, & hujus patrem & matrem.

» Tertia est cognatio consanguinitatis carna-
 »lis, quæ est vinculum personarum, ab eodem
 »stipite proximo descendantium, dirimitque
 »Matrimonium usque ad quartum gradum li-
 »neæ transversæ inclusivè. Et quidem quoad
 »primum, fortassis Jure naturæ; quoad reliquos
 »tres, solo Jure ecclesiastico. Unde etiam Pon-
 »tifex in his, ex justa causa, dispensare potest.
 »Gradus verò lineæ rectæ, probabile est, omnes
 »Jure naturæ esse prohibitos. Porrò pro gradi-
 »bus consanguinitatis dignoscendis statuuntur
 »sequentes regulæ:

» *Prima.* In linea recta tam ascendentium,
 »quàm descendantium, quot sunt personæ, tot
 »sunt gradus unâ demptâ, scilicet stipite, v.g. pa-
 »ter & filius sunt consanguinei in primo gradu;
 »nepos & avus in secundo, &c.

» *Secunda.* In linea transversa æquali, (quæ est
 »inter personas à communi stipite æqualiter di-
 »stantes) quot gradibus personæ singulæ à com-
 »muni stipite distant, totidem distant inter se:
 »Unde frater & soror sunt in primo gradu lineæ
 »transversæ; patruelæ & consobrini in secundo;
 »filii eorundem in tertio.

» *Tertia.* In linea transversa inæquali, inter
 »personas inæqualiter distantes à communi sti-
 »pите, quot gradibus remotior persona distat à
 »stipite, tot gradibus distant inter se. Unde pa-
 »truus & nepos, filius & soror patris, sunt con-
 »sanguinei in secundo gradu: quæ omnia patent
 »in adjuncto sequenti schemate:

Schema consanguinitatis.

IV.	Abavus.	IV.	Magnus
Magnus	Abavia.	Magnus	Proavunculus
Propatruus.		Magna Pro-	tertera.
Magna Pro-	III.		III.
avita.	Proavus.	Magnus	Avunculus.
III.	Proavia.	Magna Mater-	tera.
Magnus			II.
Patruus.	II.	Avus.	II.
Magna A-	Avia.	Avia.	Avunculus
mita.	I.		Matertera.
II.	PATER.	I.	I.
Patruus.	MATER.		Soror.
Avia.	Hypote.		
I.	I.		
Frater.	Filius.	II.	Filii & Filiae.
	Filia.	Sororis.	
	II.	III.	Nepotes &
	Nepos.	Nepotes &	Nepotes ex
	Neptis.	Sorore.	
	III.	IV.	Pronepotes &
	Pronepos.	Proneptes ex	Proneptes
	Proneptis.		
	IV.		
	Abnepos.		
	Abneptis.		

(N.B.)

II.

III.

II.

I.

II.

III.

IV.

VIII.

Schema

» Dicitur V. *Crimen*: idque triplex: Primum
 » est homicidium conjugis ab altero conjugē &
 » alio tertio, sive physicè, v. g. gladio vel vene-
 » no, sive moraliter, ut imperio, perfectum, eo
 » consilio, ut postea inter se Matrimonium con-
 » trahant. Quòd si cædes tentata sit, sed non
 » perfecta; vel perfecta, sed absque intentione
 » Matrimonii ineundi; vel cum intentione qui-
 » dem ea, sed non significata exterius, vel nō com-
 » muni consilio, sed ab altero tantum, non diri-
 » mit Matrimonium, nisi etiam adulterium
 » præcesserit; tunc enim, etsi unus tantum cæ-
 » dem perfecerit, altero ignaro, dummodo id
 » fecerit intentione Matrimonii, verè dirimit.
 » Ita *Kon. Ledes. Sa, Sanch. l. 7. d. 78. n. 13. §. d. 79.*
 » Secundum est adulterium, quando nimirum
 » duo carnaliter se cognoscunt, vivente alterius
 » conjugē, & vel Matrimonium ineunt de præ-
 » senti, vel saltem dant fidem de ineundo post
 » mortem conjugis: Sed in hoc casu requiritur, ut
 » promissio sit acceptata, & uterque sciat alterum
 » esse conjugatum; si enim vel alteruter ignoret,
 » non irritatur Matrimonium, si quod postea in-
 » eatur conjugē mortuâ, *Perez, Kon. d. 31. n. 57. & 61.*
 » *Sanch. l. 7. d. 79. n. 12. Fill. n. 256. Vid. etiam Bon. q. 3. p.*
 » *6. n. 8. Dian. p. 3. t. 4. R. 198. excusatque ignorantia*
 » *quævis, etiam facti, Sanch. M. Leo in praxi p. 2. §.*
 » *284. Sufficit autem, si adulter dubitet, utrum*
 » *tempore adulterii & non promissionis de Ma-*
 » *trimonio cum adultera, vixerit alter conjugis,*
 » *quia præsumitur vixisse, nisi mora probetur.*
 » *Nav. Sanch. d. 79. Bard. d. 6. c. 11. §. 8.*
 » Tertium est raptus, per quem persona cum
 » violentia abducitur, libidinis exercenda vel
 Matrim-

Matrimonii ineundi causâ, *S. Thom. Molin. t. 3. d. 105.* Durat autem hoc impedimentum, secundum *Trid.* quamdiu rapta est in potestate raptoris, etiamsi liberè consentiat: Unde liber rapti restitutam ducere potest. Probabile tamen est, *Tridentini* decreto tantum comprehendi raptum, qui sit causa Matrimonii, *Sanch. d. 13. V. Lay.*

Dicitur VI. *Disparitas* cultus sive religionis: qui dirimit Matrimonium inter baptizatum, & non baptizatum, etiam catechumenum. Idemque Jure tantum ecclesiastico, non scripto, *Bo. t. 4. p. 7. ex Kon. Sc.* Inter baptizatos verò non dirimit, etsi impediatur. Matrimonia verò cum hæreticis etsi illicita, sunt tamen valida. *V. supra l. 2. t. 1. ca. 4. dub. 3.*

Dicitur VII. *Vis*, sive violentia, & gravis metus injustè incussus, ad Matrimonium extorquendum; irritatque in utroque foro. Et quidem Jure naturæ, si à contrahente; positivo autem, si à tertio sit incussus.

Adde *gravis*, qualis scilicet cadit in virum constantem, v. g. mortis, perpetui carceris, amissionis bonorum, injustæ excommunicationis, enormis indignationis patris valde auri. Quando verò metus est levis, contractus est spontaneus; idque ad cavendas lites, etiam in matrimonialibus, ut Sacramento celebratur, *Rebel. Sanch. Pont. Sc. communiter cum Dou. p. 3. t. 4. R. 230. & t. 5. R. 117.* quamvis *Navar. Covar.* id negent, si metus ita extorserit consentum, ut absque eo non fuisset. Addidi 2. quia si justè sit incussus, valet Matrimonium; talis enim non tam infertur ab alio, quam ab ipsomet, qui causam dedit: ut si v. g. comprehenso in crimine cum filia, mineris accusatio-

- »sationem , nisi illam ducat. Addidi 3. ad extor-
 »quendum : quia Matrimonium ex metu etiam
 »gravissimo , undecunque & quodocunque in-
 »cusso, dummodo non ad Matrimonium extor-
 »quendum , valet , tunc enim non tam contra-
 »hitur metu , quàm eligitur medium evadendi
 »periculum: & Matrimonium est simpliciter vo-
 »luntarium. Unde resolvitur valere Matrimo-
 »nium in sequentibus casibus. *V. Bon. q. 3. p. 8.*
 » I. Si concubiniarius metu gehennæ vel mor-
 »tis , in morbo vel naufragio contrahat cum
 »concubina, *Bon. l. c.*
 » II. Si quis à Medico persuasus , non diu se
 »victurum, nisi ductâ uxore, eam ducat, *Bon. n. 19.*
 » III. Si in carcerem conjectus , spe evadendi
 »contrahat cum filia licitoris , *Sanch. l. 4. d. 12. n.*
 »10. *Kon. d. 28. dub. 1. ca. 3.*
 » IV. Si ad mortem damnatus , ut evadat, du-
 »cat meretricem aut aliam, *Kon. n. 10. Fill. c. 4. q. 1.*
 » V. Si princeps obsessus offerat filiam in Ma-
 »trimonium obsidenti , ut liberetur obsidione,
 »*Ibid.*
 » VI. Si raptor vel deflorator virginis , metu
 »mortis offerat se Judici ad eam ducendam, *Bon.*
 »11. 22. *ex Regim. Henriq. &c.*
 » VII. Si ad mortem decumbens contrahat
 »cum filia Medici aliàs illi mederi nolentis , *Reb.*
 »*Sanch. d. 12. Con. Fill. n. 103. &c.* etfi alii quidam ne-
 »gent.
 » VIII. Etfi metus gravis incussus fuerit tan-
 »tùm ad contrahendum Matrimonium in gene-
 »re, contractum tamen nullum esse docet *Sanch.*
 »*Salas, Palaus, Pont. &c.* cum *Dia. p. 4. tr. 4. R. 33.*
 »contra *Azor. & alios 4.*
 » IV. Quando Matrimonium ex gravi metu
 con-

contractum fuit, non teneri (in foro conscien-
 tiae) per se loquendo, illud perficere, posseque
 altero invito resiliire, etiam eum, qui liber à
 metu fuit, etiam si ab ipso seu ejus culpâ illatus
 fuerit, docet *Sanch. Villal. Hurt. & Ochag. cum Dia.*
p. 1. t. 4. R. 229. & p. 9. t. 8. R. 27. contra Kon. &
Tom.
 Dicitur VIII. Ordo scilicet sacer five major,
 quem qui non coactus suscepit, invalidè Matri-
 monium contrahit, ut *vid. supra de Sacramento*
Quibus, & hinc impedimento tertio.
 Dicitur IX. *Ligamen*, propter quod quamdiu
 quis ligatus est conjugii adhuc viventi, invalidè
 contrahit cum alio: quanquam licitè, & sine
 peccato, si moraliter sit certus de morte conju-
 gis: qui si postea compareat, tenetur ad eum
 redire, dimisso posteriore, *V. Bon. p. 10.*
 Dicitur X. *Honestas*, hoc est, justitia publicæ
 honestatis, ob quam nemo potest contrahere
 cum consanguineis illius, cum qua contrahit
 sponsalia vel Matrimonium ratum. Et quidem
 Tridentinum & Jure antiquo hoc impedi-
 tum dirimit Matrimonium inter sponsum
 & consanguineos sponsæ, usque ad 4. gradum,
 utrumque ex sponsalibus quibuscunque, etiam
 invalidis, (præterquam ex defectu consensûs)
 licet verò novo Tridentini non oritur, si spon-
 salia sunt invalida; & irritat tantum usque ad
 quartum gradum, si ex sponsalibus; ad quar-
 tum verò si ex Matrimonio rato sequatur, *V.*
Sancti p. 11. Sanch. l. 7. d. 68. Fill. t. 10. p. 2. c. 6. Notat
Sancti Dian. non oriri ex sponsalibus mutuo
consensu dissolutis, p. 3. t. 4. R. 222. ex Pont. &
Sancti contra Sanch. uti neque ex conditionatis,
 licet conditio sit impleta, *p. 9. t. 6. R. 52. ex Opat.*

Oriri

»Oriri tamen ex Matrimonio invalido, nisi sit
 »tale ob defectum consensûs, p. 9. r. 6. R. 50. ex de-
 »claratione Pii V. atque adeo etiam ex clandestini-
 »no. Ibid. R. 53. ex Ponito, Palao, Hurtad. Perez &c.
 »contra Sanch. & Præpos.

» Dicitur XI. *Ætas*: quia ad valorem Matrimo-
 »nii Jure ecclesiastico requiritur annus 14.
 »viri, & 12. fœminæ completus: nisi tamen ma-
 »litia ætatem suppleat, hoc est, adfit & doli ca-
 »pacitas & potentia ad copulam, de quibus ju-
 »dicare prudentum est, Laym. c. 12. n. 1. Cap. De il-
 »lis, &c. ult. eodem tit.

» Dicitur XII. *Affines*, est autem affinitas, pro-
 »pinqvitas personarum, nata ex copula carnali,
 »sive licita sive illicita. Utraque Jure saltem ec-
 »clesiastico dirimit Matrimonium, illa usque
 »ad 4. gradum inclusivè; hæc verò Jure novo
 »usque ad secundum tantum: Et quidem si an-
 »tecedat Matrimonium; nam si superveniat, v.
 »g. si Titius cognoscat uxoris suæ cognatam in
 »secundo gradu, non dirimit, licet is, qui pec-
 »cavit, non possit petere debitum, sed tantum
 »reddere. Porro gradus & lineæ affinitatis acci-
 »piuntur, sicut in consanguinitate, ita ut qui est
 »uxoris consanguineus in primo gradu, sive re-
 »ctæ sive transversæ lineæ, is sit affinis marito
 »in eodem gradu lineæ rectæ vel transversæ. De-
 »nique omnis affinitas, quæ oritur ex affinitate,
 »sublata est per Concilium Lateranense. Vid. Lay. &
 »Bonac. p. 12. Unde resolves,

» I. Is qui fornicatus est cum sorore sponsæ
 »suæ, cum neutra potest validè contrahere citra
 »dispensationem; imò nec cum earum confo-
 »brina, vel matertera.

» II. Potest quis ducere affinem fratris sui, etiam

in primo gradu, v. g. duo fratres possunt
 ducere duas sorores; imò pater & filius possunt
 ducere matrem & filiam, *Laym. Bon. l. c.*

III. Titius potest successivè ducere Titiam
 & Beram, quæ fuerunt uxores Caji & Sempro-

IV. Titius, qui duxerat sororem Caji, potest
 post mortem Caji ejusque sororis, ducere Ber-

Dicitur XIII. *Si clandestinus*: quia *Trident.* irri-
 Matrimonia eorum, qui contrahunt aliter
 coram Parocho vel alio Sacerdote de-
 vel Ordinarii licentia, & duobus ad mi-
 testibus: vultque graviter puniri eos,
 qui contra hoc contraxerint vel etiam inter-

Per Parochum intelligitur is, qui habet or-
 dinariam jurisdictionem in contrahentes, ut
 qui domicilium & habitationem habeant
 in Parochia; item Episcopus vel ejus Vica-
 rius in sua diocesi, uti & Papa: item Capitulum
 in sede vacante; Cardinales in Ecclesiis sui tituli;
 in sua provincia. Sufficit etiam excom-
 municatus aut non Sacerdos. Nec requiritur,
 ut in parte rei verè sit Parochus, sed sufficit, si
 habeat titulum saltem coloratum, ita ut com-
 muni errore habeatur Parochus, nec sit intru-

II. Parochus, vel quivis habens jurisdic-
 tionem ordinariam, potest alium sibi substituere,
 tamen nisi Sacerdotem.

III. Cum ad testes requisitos non addatur, de-
 bet esse omni exceptione majores, sufficiunt,
 si infames, scæminæ, pueri habentes usum suf-
 ficientem rationis, parentes, domestici, ac servi.

Y

IV.

- IV. Si duo sint Parochi ejusdem Parochia, potest utervis assumi. Similiter qui habet duo domicilia, quæ æqualiter inhabitat, vel domum, quæ partim pertinet ad unam Parochiam partim ad alteram, potest alterutrum accersere, quia uterque est proprius Parochus. *Laym. Bon. l. c.*
- V. Etsi ex præcepto adhibendus sit Parochus contrahentis illius, in cujus Parochia Matrimonium celebratur, sufficit tamen ad valorem, si alterutrius Pastor assistat, ut declaravit *Congregatio Cardinalium*, apud *Rebel. & Bon. q. 2. p. 2.* etiam extra suam Parochiam vel diocæsin, quia hic actus non est jurisdictionis contentiosæ; Non tamen licebit tunc nuptiis benedicere sine alterius licentia, *Sanch. l. 3. d. 19.*
- VI. Is qui substituitur, debet habere expressam vel saltem tacitam licentiam ex rati habitatione de præsentibus, quia non sufficit rati habitatio de futuro, quâ quis putet alterum postea ratum habiturum, *Sanch. d. 35. Regim. Kon. apud Bon. n. 11.* licet ipse neget tacitam sufficere.
- VII. Vagabundi possunt contrahere coram quolibet Parocho, (idque, ut *Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 3.* docet ex *Sanch.* etsi alteruter tantum sit vagus,) hic autem tenetur de illorum conditione diligenter inquirere, ut monet *Trid. an. scilicet alibi sint conjuncti, &c.* Et deinde petere licentiam ab Episcopo assistendi; sine qua licet validè assistat, graviter tamen peccat, Ita *Laym. n. 3. ex Sanch. d. 19. & d. 25. n. 14.*
- VIII. Peregrini, qui ex causa exiguo tempore domo absunt, non possunt contrahere peregre coram Parocho loci, quia non est illorum verus. Aliud est de iis, qui alicubi habitatio-

sem figunt pro maiore parte anni, aut eò vene-
 unt animo manendi, saltem maiore anni par-
 te, licet postea contingat casu subito recedere.
 q. famuli, ancillæ, studiosi, *Bon. q. 1. p. 8. n. 1. Sanch.*
 Ratio, quia contrahunt ibi domicilium
 parochiale, & Pastor illius loci est proprius
 colorum.

IX. Parochus & testes sic debent esse præsen-
 tes, ut advertere possint, quid agatur, & de eo
 testari. Et quidem non est necesse, ut ipsi vi-
 deant contrahentes, dummodo audiant verba
 contractus, si voces contrahentium noverint,
Sanch. Fill. Pont. & alii 5. cum Dian. p. 8. t. 7. R. 68.
 contra *Barbos.* Nec refert, etiam si per metum,
 vim, dolum aut injuriam nolentes detinean-
 tur, vel etiam contradicant ac resistent: ac licet
 prohibiti sint ab Ordinario, ne interfint, *Bon. l. c.*
Sanch. Card. Kon. Fill. Sanch. ll. cc. Sc.

X. Parochus tenetur utrumque contrahen-
 tem interrogare, non quidem de impedimen-
 to, sed de mutuo consensu, *Trid. sess. 24. c. 1.* Eius tamen omis-
 sio, quando de utriusque libero consensu constat,
 nullis tantum est, *Sanch. Kon. Dian. l. c.* Similiter
 irritale non esse, et si intellecto consensu non
 fiat: *Ego vos conjungo in nomine Patris, & Filii, &*
spiritus sancti, docet *Sanch. Con. Vill. Gutier. Dian. R.*
 contra *Rebell. Sc.*

Dicitur XIV. Et impos, quod impedimentum
 est, quod fit & Matrimonium antecedit, irritat il-
 lud jure naturæ; vel omne, & respectu cujus-
 que, si fit absoluta; vel certum tantum, si fit
 respectiva seu respectiva: Idque sive orta sit ab in-
 terno & vitio naturæ; sive ab extrinseco, ope-

»râ hominis vel diaboli ; sive cognita alteri
 »fuerit, sive non ; sive sit ex parte utriusque con-
 »trahentis, sive alterius tantum. Ratio, quia
 »Matrimonium consistit in mutua traditione
 »corporum physicè aptorum ad generationem,
 »sive in traditione potestatis corporis ad copu-
 »lam conjugalem : hanc autem potestatem
 »impotens non potest tradere, cum eam non
 »habeat.

» Porro impotentia in viro esse censetur, quan-
 »do est eunuchus, vel saltem non potest semina-
 »re intra naturale vas fœminæ; in fœmina verò,
 »quando vel seminare non potest, (si verum est,
 »semen fœminarum requiri ad generationem)
 »vel propter arctitudinem non potest virum pa-
 »ti, aut ejus semen recipere.

» Dixi I. *Si sit perpetua*: qualis est, quæ nulla
 »arte potest tolli: In dubio autem perpetuitatis
 »conceditur à Jure triennium ad experiendum
 »bonâ fide.

» Dixi II. *Si antecedit*: nam si subsequatur Ma-
 »trimonium, non irritat illud, etsi usum ita im-
 »pediat, ut soli contactus & oscula liceant, citra
 »periculum pollutionis; Idque quando impo-
 »tentia est certa, nam si dubia sit, tamdiu licet
 »conari ad copulam, quamdiu probabilis est
 »spes seminandi intra vas, *Laym. l. 5. r. 10. p. 4. c. 12. ex*
 »*Sanch. Nav. Henriq. Unde resolves,*

» I. Invalidè contrahunt evirati seu eunuchi,
 »quando carent utroque teste, quia non emit-
 »tunt verum semen aptum generationi. *Nec vi-*
 »*fert*, quod instar senum sterilium satisfaciunt
 »concupiscentiæ fœminæ, quia id non faciunt
 »per copulam naturâ suâ aptam generationi, ob
 »defectum seminis, quod senes tamen emittunt,

est semen femum per accidens non fit prolifi-
cum, *Laym. l. c. Bon. q. 3. p. 13. Sc.*

II. Valide contrahunt, 1. steriles, quia etsi
sint impotentes ad generationem, non tamen
ad copulam, atque adeo sunt capaces omnis ju-
ris & obligationis Matrimonii; & susceptio
prolis, licet sit præcipuus, non tamen unicus,
nec immediatus finis Matrimonii, *Bonac. p. 13. ex
Henr. Kon. Fill. Sc.* Eadem est ratio de iis, quæ
non edunt foetum nisi mortuum, vel non nisi
cum periculo vitæ, *Bon. Sc. ll. cc. 2. Hermaphro-
diti* quia verè sunt potentes ad usum Matrimo-
ni. Et quidem si alter sexus emineat, secundum
illam tantum valebit: si uterque sit par, optio
illis datur, ut utrolibet utantur, ita tamen, ut
quem semel elegerint, semper retineant, *Sanchez
l. c. d. 106. Bonac. l. c. ex Henr. Sanch. Kon. Fill. Sc. 3. Is
qui paulò post est moriturus: quia in eo manet
potentia ad coitum, etsi per accidens vi morbi
impediatur: Patet ex praxi Ecclesiæ, quæ illis
mercedum suadet, ut concubinas ducant, Laym.
l. c. ex Sanch. d. 105. n. 3. Covar. Sc.*

III. Impuberes, si utantur ratione, non Jure
naturæ sed ecclesiastico tantum, invalidè con-
trahunt, quia impotentia illorum est tantum
temporalis Vide supra hoc dub. imped. 3.

Quæres. Quid censendum de Matrimoniis,
quæ contrahuntur in partibus hæreticis.

Resp. Circa ea *Congregatio Cardinalium* resolvit
sequentia, 1. ubi hoc decretum Concilii non
est publicatum est in Parochia, v. g. in Saxo-
nia & Anglia, valere Matrimoniū contractum
etque forma præscripta: Publicatio autem de-
creti facta præsumitur, si id aliquo tempore in
Parochia tanquam decretum Concilii fuit ob-

II.
O.
mor.
audii
Crox
VIII

servatum. 2. Hæreticos, in quorum Parochia
 dictum decretum fuit publicatum, v. g. in Hol-
 landia, Frisia, &c. teneri formam præscriptam
 servare: Unde consequenter ipsorum Matrimo-
 nia, absque forma Concilii, quamvis coram
 Ministro hæretico vel Magistratu contracta, vi-
 dentur esse nulla; *Laym.* tamen *l. 5. r. 10. p. 2. cap. 4.*
 putat eam non esse mentem summorum Pon-
 tificum, propter gravissima incommoda inde
 subsecutura. 3. Si Parochia, in qua aliquando
 decretum fuit observatum, proprio Parocho &
 Episcopo careat, nullusque isthic sit, qui vices
 Episcopi vel Parochi suppleat, Matrimonium
 valere absque præsentia Parochi: servatâ tamē,
 in quibus potest, formâ Concilii, nempe adhi-
 bitis saltem duobus testibus. Idem est, si Paro-
 chus & Episcopus metu hæreticorū lateat, ita
 ut verè ignoretur, ubi sit, vel eorum metu absit
 à diocesi, & ad neutrum sit tutus accessus.
 Dicitur XV. *Raptave sit*, de quo v. *suprà* in
 impedimento criminis.

A D D E N D A.

513. **Q**uest. 69. *Quis possit inducere impedimenta divi-*
mentia. R. §. 1. Quoad Matrimonia fide-
 lium sola Ecclesia, & non Magistratus civilis po-
 test statuere lēges & impedimenta circa Matrimo-
 nium, can. *Euphemium* 2. q. 3. Cap. 1. De
 sponsal. Cap. *Tuam*, De ordine cognit. Ratio est,
 quia hoc ipso, quod contractus Matrimonii in-
 ter fideles sit elevatus ad rationem Sacramenti,
 est sacer, ergo subductus est potestati laicali, ad
 eum modum, quo ordinatus sacris eximitur à
 potestate laicali. *Nec obstat*, quod in Gallia Prin-
 cipes

regii sanguinis non possint sine consensu Regis validè contrahere Matrimonium, nam, si fit ex approbatione Ecclesiæ. Videri possunt Pont. l. 6. c. 1. & 2. & Delb. c. 8. d. 20. f. 1. & ubi f. 4. percurrit multas leges civiles circa essentialia Matrimonii, probatque esse irritas. Avers. autem q. 9. f. 1. rectè rejicit Sanch. & alios, qui putant Principes infideles posse circa Matrimonia fidelium constituere impedimentum.

Obj. Contractus Matrimonii pertinet ad Jus naturæ, ergo potest illud contrahere, qui à natura nullum habet impedimentum, ergo neque ecclesiastica potestas inducere aliud impedimentum. R. Pertinet ad Jus naturæ, non præceptivum, sed permissivum, quamvis autem potestas humana non possit præcipere, quod Jus naturæ prohibet, aut prohibere, quod præcipit, tamen potest libertatem naturalem modificare, v. g. prohibendo hoc, quod seculis causis & circumstantiis simpliciter liceret.

§. 2. Solus Papa vel Concilium generale, non autem Episcopi possunt ejusmodi impedimenta inducere, Pignat. tom. 1. conf. 151. n. 19. Arad. l. 7. c. 29. Avers. q. 9. f. 2. dicens nunc esse curam, quamvis enim Episcopi olim constituerent impedimenta, tamen potestas illa nunc est reservata Papæ, ex consuetudine saltem, Sanch. l. 7. d. 1. n. 9. Pont. l. 6. c. 1. n. 12. Ex hoc autem, quod Ecclesia possit nova impedimenta inducere, non ideo potest formaliter immutare institutionem Christi, uti explicavi l. 6. p. 1. n. 17.

§. 3. Quoad Matrimonia infidelium, possent Magistratus civilis sive fidelis, sive infidelis, constituere impedimenta, uti possunt circa alios contractus civiles, S. Th. Sor. Bellarm. Sanch. d. 3. n. 5.

II. O. I. mor. audii Croix VIII

n. 5. *Pont. n. 2.* Hinc infert *Avers.* si infideles contraxissent contra leges Principis sui, & converterentur, debere separari, nisi iterum contrahant secundum leges Ecclesiæ.

§ 16. §. 4. Magistratus civilis nequidem potest imponere pœnam illis, qui v. g. sine consensu parentum, vel cum aliquo extraneo contrahunt: & si volens adjuvare prohibitionem Ecclesiæ imposuerit pœnam illis, qui cum hoc vel illo impedimento contraxerint, non potest pœnam talem exigere, si Ecclesia in tali impedimento dispensârit, quia tum nulla culpa est sic contrahere, ergo nec debetur pœna, sed impediretur libertas Matrimonii, quod prohibet Ecclesia, *Delb. d. 19. f. 9.* Rectè tamen notat *Pont. c. 2. n. 5.* & *Avers.* Magistratus civiles posse ponere leges circa accessoria Matrimonii, uti circa arrhas, sponsalitiâ largitatem, dotem, donationes inter conjuges, successiones &c. hæc enim non pertinent ad substantiam Matrimonii, quæ sola sacra est, *Delb. d. 20. f. 1. n. 12.*

§ 17. Q. 70. An per consuetudinem possit induci novum, vel abrogari antiquum impedimentum Matrimonii. R. Quid sit consuetudo, quandonam habeat vim inducendi vel abrogandi legem insinuavi l. 1. à n. 570. Hic addenda sunt sequentia:

§. 1. Per consuetudinem potest induci vel abrogari lex aliqua ab Ecclesia lata, *Cap. fin. De consuet. Suar. De Leg. tr. 2. c. 49. n. 27.* adeoque possunt impedimenta aliqua dirimentia Matrimonii vel induci, vel abrogari per consuetudinem, *Less. in auctario v. Prescriptio casu 5. Sylvest. in supplem. q. 50. a. un. concl. 7.* Duo tamen requiruntur, imprimis ut hæc consuetudo sit rationabilis: deinde, ut sit legitimè, sive iusto &

præscripto tempore servata, uti notant omnes.

§. 2. Secundum *Ponium* l. 6. c. 5. à n. 2. & 518.

Less. De iust. l. 2. c. 6. dub. 18. n. 45. consuetudo contra legem dicitur rationabilis, quæ aliàs ferat illà lege, quam evertit, non continet turpitudinem aut deformitatem contra legem divinam vel naturalem, vel rationis æquitatem, consuetudo enim non præscribit Juri divino vel naturali.

§. 3. *Laym.* l. 1. tr. 4. c. 24. n. 6. ex communi 519.

docet ad præscribendum contra legem civilem requiri annos 10. contra ecclesiasticam, 40. *Ca-*
pp. tr. 3. d. 3. p. 1. §. 2. n. 5. citans multos, dicit in omni lege sufficere decennium, quia tantum requiritur longum tempus, sed decennium in Jure est longum tempus, ergo. Concedit tamen ad præscriptionem contra Ecclesiam requiri 40. annos: consuetudo autem abrogans legem ecclesiasticam, secundum ipsum, potius est in favorem Ecclesiæ, & perficitur 10. annis: Idem sentit *Less.* l. 2. c. 6. dub. 14. & *Gran.* dicens cum *Primo* c. 5. n. 3. aliud esse loqui de consuetudine, aliud de præscriptione.

§. 4. *Caj. Sanch. Salas, Sot. Abb. Roch. Silv. Laym.* 529.

Less. in l. 2. d. 177. n. 64. notant, hoc esse discrimen inter consuetudinem & præscriptionem, quod consuetudo non requirat initio justum titulum, imò non possit incipere bonâ fide, primi enim semper peccant contra legem scriptam, unde, quod consuetudo legem vincat, non habet ex virtute propria, sed ex consensu Principis tacito vel expresso, ex quo superveniente illis efficitur licitus, & mala fides purificatur, tacite autem consentire videtur & approbare (si non resistat, nunquam prævalet consuetudo) si sciens

sciens populi morem, cum possit prohibere vel
dissentium declarare, longo tempore toleret, &
Th. Med. Silv. Salas: Non requiri autem scientiam
specialem Principis vel Papæ) sed sufficere con-
sensum generalem seu legalem traditum in Jure
Cap. fin. de consuet. ubi dicitur, consuetudinem
rationabilem decennio durantem prevalere,
quæ dispositio Juris, est consensus legalis sive
generalis omnis Principis) docent *Azor* addu-
cens *Roch.* & *Covarr.* item *Sanch.* l. 7. d. 4. n. 11.
Suar. Côn. Less. l. 2. c. 6. dub. 14. n. 45. *Castrop.* tr.
3. d. 3. p. 2. §. 4. n. 3. *Mald. Avers.* q. 9. f. 3. & *Gob.*
vocat probabilem, licet contrarium putent alii
cum *Pontio* c. 6. E contra præscriptio introducti
non potest, nisi actibus à principio justis & bonâ
fide, uti dixi l. 3. p. 2. n. 480. cum enim hæc à
vero domino dominium auferat solâ (concessio-
ne legis, ut contentiones vitentur, si quis malâ
fide inciperet possidere, iniquum esset legem tali
concedere dominium rei.

521. §. 5. Impedimenta Matrimonii, quæ sunt
Juris divini vel naturalis, non vincit consuetu-
do; Nec etiam ea, quæ sunt Juris divini impe-
dientia tantum, & Juris ecclesiastici dirimentia,
quia hoc ipso, quod Deus & Ecclesia directè sem-
per vetent talia Matrimonia, præsumendum est
illos nunquam in ea consentire: Et tale quid est
votum continentiæ, & maximè solennis, *Gob.*
tr. 9. à n. 41.

522. §. 6. *Nav. Suar. Laym.* l. 1. tr. 4. c. 24. n. 12. re-
cètè docent nullam legem humanam esse, quæ
contrariâ consuetudine tolli non possit, quid-
quid contradicant *Az.* excipiens eas, quæ ex le-
gibus divinis vel traditione Apostolorum dedu-
cuntur, & in eis fundentur, & *Zypæus* excipiens
præ-

præterea eas leges, quæ singulis annis repetuntur in Bulla cœnæ: valétque doctrina *Laymanni*, etiam circa leges infirmantes contractum, v. g. solennitatem requisitam, personæ ex lege humana inhabilitatem &c. *Gloss. Suar. Salas, Sanch. Cón. in 3. p. t. 2. d. 30. dub. 1. concl. 6. Pont. l. 5. c. 9. n. 3.* Et quamvis consuetudo à lege prohibeatur ac reprobetur, vim tamen habet præscripto tempore eam abrogandi, 1. Si mutentur res, aut superveniat nova causa à legislatore non prævisa. 2. Si legislator conscius consuetudinis eam rursus non prohibeat, vel dissentium non ostendat per præscriptum tempus, *Laym. Pont. c. l. n. 9. Sanch. Cón. concl. 4. n. 14. Covarr. l. 3. Vari. c. 13. n. 4.* dicens hanc opinionem esse communem.

§. 7. Consuetudinem habere vim circa impedimenta Matrimonii inducenda, colligitur ex *Cap. 1. & Cap. Super eo, De cognat. spirit. ubi questio erat, an valeret Matrimonium inter fratrum compatrum filios, & dicitur, De his te- nentibus consuetudinem tuæ Metropolitanæ Ecclesiæ & viciniarum circumpositarum exquirere &c.* similiter habetur *Cap. Quod dilectum, De consanguin.* Possentem etiam per consuetudinem abrogari impedimentum aliquod Matrimonii, docent *Sanch. Cón. Pont. Castrop. Avers. Krim. num. 1844.* quamvis lex etiam generaliter talem consuetudinem improbet. Excipiunt, si lex talem consuetudinem vocet, v. g. abusum aut corruptelam: sed iterum limitant, nisi nihilominus legislator postea sciens & videns eam introduci, tacite approbet, tum enim de novo vult, aut permittit, ut valeat, sicque desinat esse corruptela; notantque *Sanch. & Krim. à n. 1257.* tum tantum

523.

mor.
audii
Croix
VIII

tantum ejusmodi consuetudinem non esse corruptelam, si per circumstantias ita justificetur, ut hic & nunc merito præcipi posset, ideoque multò magis per nullam consuetudinem, quæ plus nocet bono communi quàm profit, nullam legem etiam humanam tantum abrogari posse, quia irrationabilis est, & manet corruptela. Ex dictis,

§ 24. §. 8. Colliguntur multa, de quibus alibi suis locis dixi, v. g. per consuetudinem, quamvis communissima sit & longissima, non justificari, 1. usuram: 2. simoniam: 3. violationem immunitatis Ecclesiasticæ: 4. retentionem plurium Beneficiorum ecclesiasticorum sine dispensatione ex causa, si singula sufficiant ad plenam sustentationem &c. Ratio patet ex dictis.

§ 25. Q. 71. Quid dicendum de illo, qui Matrimonium contrahit invincibiliter ignorans impedimentum dirimens, quod habet. R. Ignorantia illum excusat, ut non peccet, nihilominus Matrimonium est invalidum, non aliter, ac si impedimentum fuisset cognitum, quia, quamvis ignorantia excuset, ubi lex est prohibens tantum, non tamen excusat, ubi est irritans. Nec refert, quòd impedimenta aliqua videantur habere rationem pœnæ, uti impedimentum criminis, pœna autem secundum sententiam communem non incurritur, ubi adest ignorantia illius invincibilis, nam impedimenta illa, censeri non debent primariò & principaliter pœnæ, uti dicitur num. 642.

§ 26. Q. 72. An leges humanæ constituentes impedimenta dirimentia, absolute obligent in omni casu. R. affirmative. Hinc 1. si quis cognovit sororem sponsæ

esse cor-
 stificetur,
 ideóque
 m, que
 fit, nul-
 abrogari
 corrupte-
 bus alibi
 a, quam
 on iustifi-
 violatio-
 retentio-
 corum si-
 sufficiant
 o patet et
 Matrimonium
 nentum diri-
 n excusat,
 onium est
 imentum
 rantia ex-
 on tamen
 od impe-
 onem po-
 na autem
 on incur-
 vincibilis
 ebent pre-
 dicitur
 impedire
 . R. a. in-
 rem spon-
 se

lae, & Superiores dispensare nolint, ex nul-
 causa vel metu potest sponsam suam ducere,
 cum ea sic consummare Matrimonium. 2. Si
 quis etiam per Judicem cogatur ducere con-
 suam suam, non poterit Matrimonium il-
 consummare ex quocunque metu etiam
 mortis certò inferendæ, *Sanch. l. 7. d. 5. num. 4.*
De legibus, l. 5. c. 22. à n. 9. Cón. d. 30. dub.
num. 20. Less. in auct. v. Matrimonium, cas. 17. Avers.
l. 5. & q. 6. f. 2. Carden. in 1. crisi d. 62. c. 4.
 obatur, nam licet vis & metus possint excu-
 sari à transgressione vel observatione præcepti
 moralitatis, tamen eum, qui inhabilis est, non
 potest reddere habilem ad contrahendum, si
 omnimoda ignorantia se habilitare non
 potest, secundum dicta n. 315. multò minùs
 potest, adeóque talis Jure naturæ tenetur absti-
 nere à copula, utpote fornicaria, cum inter eos
 nullum sit Matrimonium. Ratio à priori est,
 quia inhabilitas antecedenter nascebatur à lege
 vel voluntate Superioris, quem mea causa vel
 metus non attingit, sed me solum, ideóque eti-
 am me solum excusare potest à peccato, si quan-
 tum in me est, contraham externè ad vitandam
 mortem intendens non consummare, nisi post
 dispensationem & novum contractum, quia ta-
 men causa vel metus facere non potest, ut Matri-
 monio non subsistente copula mihi sit licita.
 Obj. 1. In primo casu cognitæ virginis præ-
 scribitur lex, saltem charitatis, respectu sponsæ,
 qui cedere debet lex impedimenti. In secundo
 casu prudenter præsumimus de benigni-
 tate Ecclesiæ, quòd non velit, ut lex sua obliget
 ad certum periculo mortis. *R. ad 1. n. anteced.*
 non est capax exercere charitatem ineundo
 Matri-

mor.
 laudii
 Croix
 VIII

Matrimonium, cum ad hoc fit inhabilis, leges autem non ligant eos, qui non sunt capaces ejusmodi vinculi legum. *Ad 2. n. ass. 1.* quia habet se sicuti lex inhabilitans Sacerdotem ad Matrimonium, quæ nullum casum excipit. 2. Per-suasio communis, & constans usus Ecclesiæ interpretatur legem illam sine ulla exceptione, quis enim audivit unquam aliter factum esse? Et quanta oriretur turbatio in populo, si aliter fieret? Item quàm facile quærerent homines prætextum ejusmodi formidinis? Ergo moraliter certum est, & omnino necessariû fuit legem illam esse sine ulla exceptione. 3. *Trid. sess. 25. can. 9. De Sacram. Matr.* absolute & sine exceptione definit, *si quis dixerit Clericos in sacris Ordinibus constitutos, vel Regulares castitatem solemniter professos, posse Matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege ecclesiastica vel voto.... anathema sit.*

Obji. 2. Saltem lex de assistentia Parochi non obligabit, si alio modo publicè ineatur Matrimonium, cessat enim tum finis legis, qui erat evitatio clandestinitatis. *R. n. ass.* nam falso supponitur, quòd hic fit adæquatus finis illius legis, nam fuit etiam uniformitas operandi, dum celebraretur hic contractus, ideòque dictum est. 1. à n. 868. cessante fine legis in aliquo particulari, non ideo cessare finem adæquatum vel obligationem legis respectu illius, hic autem etiam specialis ratio fuit præcipiendi illum determinatè modum publicitatis, ne, si id relinqueretur arbitrio cujusque, confusiones & fraudes committerentur. Quòd autem etiam circa reliqua impedimenta nunquam cesset finis adæquatus legis ea imponentis, fusè demonstrat *Card. suprà à c. 3.*

Q. 73. An valeat Matrimonium initum cum impe- 527.
 mento, quod probabilis opinio dicit non esse impedi-
 mentum. R. §. 1. Causa Matrimonii est favorabilis,
 Cap. fin. De sentent. & re judic. hinc censeretur
 validum, si probabile sit esse validum, vultque
 Ecclesia favere Matrimonio, censendo illud va-
 lidum, quoties juxta probabiles rationes con-
 tractum est, Viva in propos. ab hinc. XI. damnatas,
 & cum eo DD. communiter.

§. 2. Si probabilis opinio dicebat non esse 528.
 impedimentum, Papa autem vel Episcopus po-
 testat declararet, aut testes convincant eum adfuisse
 impedimentum; si fuerit questio Juris & talis
 materia, in qua posset Ecclesia dispensare, Ma-
 trimonium valet, quia pro tempore, quo con-
 trahatur, Ecclesia dispensabat, uti colligitur
 ex dictis hic n. 40. & l. 6. p. 1. à n. 112. & 117.
 licetque Carden. & Gorn. De Sacram. n. 321.
 ratio ulterior est, quia lex non erat tum in
 vigore recepta, ergo re ipsa debebat censeretur
 esse tum impedimentum. Si autem fuerit
 error facti, v. g. quia putabatur non esse consan-
 titas, cum tamen esset, plerique cum Gorn.
 110. dicunt Matrimonium non valere, quia
 secundum dicta l. 6. p. 1. n. 118. ubi non est er-
 ror communis, sed privatus paucorum, Eccle-
 sia, quamvis posset, non supplet, nec dispensat:
 tamen videri dicenda n. 535. Quod si
 in aliqua communitas falsò putaret Trid. non
 esse in sua Parochia promulgatum, atque ideo
 contraherentur Matrimonia clandestinè, probabile
 est fore valida, quia secundum dicta l. 6. p. 1. n.
 118. error communis videtur esse sufficiens ti-
 tulus ad tribuendum jus in ordine ad ita validè
 contrahendum, Gob. tr. 9. n. 377. & tr. 10. à n. 744.

529. §. 3. Quamvis agatur de impedimento, in quo Ecclesia dispensare non potest, si Matrimonium sit initum secundum opinionem probabilem, certum videtur, quod Ecclesia habeat potestatem judicandi de valore vel invaliditate talis Matrimonii, quia sicuti similis contractus civilis certò continetur intra sphaeram jurisdictionis civilis, ita matrimonialis intra sphaeram ecclesiasticam; & ideo in consultatione circa Matrimonia infidelium respondit *Urban. VIII.* procedi posse secundum opiniones verè probabiles, & favorabiliores Barbaris, uti testantur *Carden. & Gorn. n. 323.*

530. Q. 74. Quid dicendum sit de illo, qui contrahit sciens vel dubitans de impedimento dirimente. *R. §. 1.* Si sit infidelis, seu nondum baptizatus, & impedimentum sit Juris ecclesiastici tantum, v. g. consanguinitatis vel affinitatis extra primum gradum, Matrimonium illorum post conversionem & Baptismum censi debet validum, quia tempore infidelitatis non erant subjecti Ecclesiae, ergo nec tenebantur ejus legibus. Aliud est, si impedimentum fuisset Juris naturalis, uti si fuissent consanguinei in primo gradu, tum enim Matrimonium nullum esset, quia lege naturali tum obligabantur. Idem est, si fuisset Juris divini, v. g. ligamen, tum enim sola prima uxor esset retinenda, quam solam validè duxisset, *Spor. n. 251.*

531. §. 2. Si fidelis contrahat, certò putans adesse impedimentum dirimens, quamvis tale non subsit, *Silv. Ang. Nav. Sot. Cón. Pont. l. 4. c. 23. Spor. n. 233.* & alii dicunt contrahere invalidè, quia ita putans se tale impedimentum habere non potest absolutè & efficaciter consentire in Matrimo-

matrimonium, cum apprehendat illud sibi hic & nunc esse impossibile. Contradicitur *Ledesm. Contr. Rosell.* alique cum *Sanch. l. 2. d. 33. Lugo in Resp. mor. l. 3. d. 16. n. 13. & 36.* & colligunt ex *Cap. 1. De sponsal. in 6. & ex Clement. un. De conjugum.* quia prevalere potuit intentio generalis faciendi, quod potest, secundum dicta *l. 6. p. 1. à n. 69. Aversa q. 11. f. 2.* rectè tenet cum prima sententia, si absolute putet subesse impedimentum, si autem putet posse non subesse, aut non obstante fortè posse validè contrahi, intendatque facere, quod potest, validè contrahit, est enim habilis, & hæc intentio prævalet: tamen sic contrahens peccat mortaliter, scilicet quia contravenit præcepto gravi de non contrahendo cum impedimento.

§ 3. *Ledesm. Sanch. Hurt. Fill. Dian. Perez, Di-* 532.
off. Gob. tr. 9. n. 60. negant eum peccare peccato sacrilegii, qui Matrimonium etiam scienter ita invalidè contrahit cum impedimento dirimentis, quia cum ibi nec Sacramentum, nec aliquid sacrum ponatur, non apparet, in quid redunderet irreverentia in rem sacram ad sacrilegium acquisita: sed probabilius contradicunt *Côn. Lov. Avers. q. 9. f. 5.* quia hoc ipso, quòd quasi tenet tanquam Minister ponere contractum Matrimonii, facit rationem Sacramenti à Christo annexam esse irritam, ergo satis gravis irreverentia refunditur in auctorem Sacramenti, ut si quis vellet baptizare, & uteretur vino, quamvis nullum poneretur Sacramentum, attamen esset sacrilegus. Peccat præterea talis specialiter contra illam virtutem, ob quam positum est hoc vel illud impedimentum, v. g. peccat contra virtutem religionis, qui contrahit cum voto

Z

solen-

solemni, & ita de aliis, Perez d. 21. f. 2. An autem peccet, qui metu gravi coactus, ita contrahit, dicam n. 660. Quam verò pœnam incurrat, qui ita scienter & malitiosè contrahit cum impedimento dirimente, dicam à n. 807.

533. §. 4. Qui contrahit cum dubio de impedimento, contrahit validè, si impedimentum non subsit, quia æquivalenter habet consensum sub conditione, si potest, si est habilis, ergo si impedimentum non aderat, consensus erat absolutus. Quòd si dubium sit vincibile, peccat mortaliter contrahens ante solutam dubium, quia exponit Sacramentum periculo nullitatis, hinc tenetur saltem sub conditione petere dispensationem, si impedimentum subsit: si post inquisitionem maneat dubium, & vinci non possit, *Less.* in auct. v. *Matrimonium* cas. 10. *Castrop.* tr. 1. d. 3. pu. 8. n. 18. cum plurimis aliis putant adhuc peccare, si sine dispensatione conditionata contrahat, quia adhuc manet periculum nullitatis: & hæc sententia tutior est ac in praxi suadenda. E contrà *Th. Sanch.* l. 8. d. 6. num. 16. *Joannes Sanch. Caram. Tambur. Sponer* suprà, *Gob.* tr. 9. n. 62. *Carden. Krim.* à n. 2436. *Rosner* probabiliter dicunt non peccare, quia pro libertate est possessio, certum enim est eum licitè contrahere, qui non impeditur, ergo cum tantum dubitetur de impedimento, possessio non est pro impedimento, ergo resolvere se potest sibi hic & nunc esse licitum contrahere; fatentur tamen teneri alterum monere de hoc dubio, ne hic exponatur periculo gravium incommodorum: Et si postea innotescat impedimentum, petendam esse dispensationem.

534. §. 5. Cum sit opinio communiter recepta

An aw
a contra
incurrat,
cum im-

impedi-
mentum
onsensum
, ergo si
s erat ab-
, peccat
lubium,
ullitatis,
etere di-
e: si post
vinci non
o. Cap. 1.
is putant
conditio-
ericulum
ic in praxi
num. 16.
ob. tr. 9.
robabili-
ertate est
ontrahe-
um dubi-
st pro im-
ibi hic &
ur tamen
e hic ex-
lorum: Et
petendam
er recepta
tal-

tanquam probabilis, v. g. quod patrinus non
contrahat impedimentum, si physicè non tan-
gat baptizandum vel confirmandum, si quis
plenè prober, se non attigisse, non indiget di-
spensatione, quia dubium impedimentum, sal-
tem si sit dubium Juris, non est impedimen-
tum, sed omnino tollitur ab Ecclesia, & in du-
bio, an ejusmodi casus indigeat dispensatione,
considendum est non indigere, uti dictum est l. 1.
1. 8. Si autem semiplenè tantum prober, in-
diget dispensatione, quia favet illi sola probabi-
litas facti, cum qua non solet supplere, neque
pro valore decernere Ecclesia, requirens certi-
tudinem facti, Carden. in 2. crisi. diss. 2. à n. 629.
6. Huc pertinet solutio sequentis casus: 535.
Catharina uxor Sempronii, eo tempore, quo
concepit Cajum, saepe coivit etiam cum Titio
ulterio; Si Cajus ex Titio sit conceptus, est
liber, quam Cajus nunc vult ducere, in primo
gradu affinis. *Queritur*, an Cajus debeat cense-
ri impeditus, & indigeat dispensatione. R. ne-
gativè, quia eum sit conceptus stante legitimo
Matrimonio, est præsumptio Juris pro honesta-
tis legitimitate, contra quam prævalere non
possunt aliæ præsumptiones facti, uti optimè de-
cise *Sperell.* decis. 174. adeoque pro certo ha-
beri debet, quod Cajus natus sit ex Sempronio.
Quod si supponamus remanere dubium, ex quo
conceptus sit, putant aliqui opus fore dispensa-
tionis, quia licet Ecclesia, quando est dubium
facti, quod solvi non potest, non agnoscat im-
pedimentum, sed tollat, si fortè subsit, uti di-
ctum est n. 534. tamen id non tenet in dubio
facti, quale hic est, si enim postea erumperet im-
pedimentum, deberet Matrimonium revalida-

II.
O. I.
mor.
L. alidii
C. Croix
VIII



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ri, ergo signum est, quod Ecclesia ab initio non dispensaverit, sed fuerit & manserit invalidum. Nihilominus *Carden.* à n. 525. dicit, quando in quæstione facti ex conjecturis utrimque probabilibus resultat purum dubium omnino invincibile, hoc non obstare contrahendo Matrimonio, quia etiam hic, dum impedimentum est in statu puri dubii invincibilis, videtur, quod possessio sit pro libertate, uti cum communi *Sanch.* l. 8. d. 6. num. 18. Et *Cardenæ* consentiunt *J. Sanch.* d. 43. n. 44. *Burgh.* cent. 3. ca. 100., & textus aliquos faventes referam n. 536. Videri etiam potest *Zacchias* l. 1. tit. 5. q. ult. ubi examinatur, si mulier, quæ statim ab obitu viri nupit alteri, 9. mensium spatio pariat, cujus mariti proles censeretur. Quid autem dicendum sit, si vultus prolis majorem similitudinem habeat cum uno eorum, qui cum eadem muliere coierunt, quàm cum altero, examinat idem *Zacch.* q. 4. & certum videtur, quod hoc signum sit absolutè fallibile, potest enim provenire à phantasia solius matris.

536. §. 7. Huc etiam pertinet solutio sequentis castis: Dubitatur, an non proavus Titii, & proavia Cajæ fuerint frater & soror: Causa dubitandi est, quia sciuntur fuisse ex eadem villa, & habuisse idem cognomen. Si fuerint frater & soror, nepotes illi, qui nunc volunt contrahere, sunt consanguinei in quarto gradu: si autem Titius & Caja fuerint patruales tantum, aut aliter agnati, nullum inter jam contracturos subest impedimentum. Hoc dubium jam solvi non potest, neque ex memoria vel scientia hominum, neque ex libro baptismali vel aliunde. *Queritur*, an censeretur impediti, aut quid

agendum sit. R. Putârunt aliqui cenferi posse
 nullum subesse impedimentum, quia Jus Cap.
 De test. & attest. requirit, ut clarâ compu-
 tatione distinguantur singuli gradus ex utroque
 genere & Cap. Tuanos. De consang. & affin. sta-
 tuatur, ut incipiatur à stipite, distinguendo gra-
 dus nominibus propriis vel æquipollentibus
 designando personas, quod hic fieri non potest,
 ego in hoc casu Ecclesia non agnoscit impedi-
 mentum. Deinde secundum dicta n. 527. con-
 gruum multum favoris habet: præterea in ob-
 servari favendam libertati, libertas omnibus rebus favo-
 retur est. ff. De Reg. Juris, Reg. 122. & Reg. 20.
 Quærens dubia interpretatio libertatis est, secundum
 libertatem respondendum erit. Oppositum putavi
 nonendum, quia dato, quod in vero utrimque
 habeo impedimenti, si dubium solvi non pos-
 sit, Ecclesia non agnoscat impedimentum, ta-
 men casus hic non videtur habere ejusmodi du-
 bium, quia est positiva probabilitas & admo-
 dum magna præsumptio pro impedimento, pro
 negatione autem impedimenti nulla est positi-
 va ratio, hinc judicavi petendam esse dispensa-
 tionem, si contrahere vellent: Unde univer-
 saliter,
 §. 8. Quando præsumptio stat pro impedi- 537.
 mento, quamvis videatur aliquo modo du-
 bium, illicitum est sine dispensatione contra-
 here, uti fatentur communiter omnes cum
 Grot. & Krim. n. 2438., v. g. qui scit se cum so-
 re Bertæ habuisse copulam intra vas, & dubi-
 tat, an intra vas seminârit, contrahere non
 potest cum Bertæ, nisi dispensatâ affinitate, quia
 cum in tali actu communiter fiat seminatio in-
 tra vas, præsumitur etiam jam facta esse, nec

pro opposito habetur prudens argumentum.
 §. 9. Ex dictis n. 534. sequitur, quamvis
 probabilius sit impedimentum Juris ecclesiasti-
 ci subesse, si probabilè sit non subesse, posse Ma-
 trimonium iniri sine dispensatione, quia Eccle-
 sia tum tollit impedimentum, si subit, *Sanch.*
 l. 8. d. 6. n. 18. *Sperell.* decis. 119. n. 57. & decis.
 175. n. 89. E contra, si sit impedimentum, in
 quo Ecclesia fortè dispensare non potest, secun-
 dùm dicta n. 533. in praxi petendam esse dispen-
 sationem, ne Sacramentum exponatur periculo
 invaliditatis, tum enim declarabit Ecclesia,
 quid fieri debeat: His non obstantibus docet *Di-*
cast. De Bapt. d. 1. n. 208. pro Matrimonio licitè
 contrahendo satis esse sequi opinionem tantum
 probabilem, etiamsi agatur de impedimento
 per Ecclesiam non dispensabili. Idem tenet
Gorm. De Sacram. n. 323. ubi ex *Cardena* refert in
 consultatione, an infideles conversi tenerentur
 stare primis Matrimoniis, an verò possent è mu-
 lieribus secum baptizatis accipere, quam vel-
 lent, *Urbanum VIII.* respondisse, Matrimonia illa
 contrahenda esse regulariter secundùm opinio-
 nes verè probabiles & favorabiliores eis Barba-
 ris. *Illung.* tr. 1. d. 1. n. 77. docet, quandoque
 licere contrahere, licèt non sit certus valor, nem-
 pe si obligatio procurandi certitudinem esset ob-
 noxia plurimis scrupulis vel gravissimas diffi-
 cultates afferret: possuntque videri dicta l. 6. p.
 1. n. 119. Quid agendum sit, si post contractum
 Matrimonium superveniat dubium de illius va-
 lore, dixi à n. 291. An autem rationabiliter du-
 bitans de impedimento impotentia, possit inire
 Matrimonium dicitur n. 795. si dubitetur, an
 impotentia præcesserit vel secuta sit, an tum
 tran-

transiri possit ad alias nuptias, item si dubitetur, an impotentia sit naturalis an accidentalis &c. dicam n. 802. An contrahere liceat, si dubitetur de vita prioris conjugis, dicam à n. 672.

Q. 75. Quomodo practice sit procedendum, quando dicitur impedimentum, vel oritur prudens de eo suspicio. sc. §. 1. Sponsi post sponsalia intelligentes se habere impedimentum dirimens, tenentur desistere à nuptiis, donec dispensationem obtinuerint: si tamen aliter non possent effugere inopertem infamiam, possent pergere, non simulando se consentire, sic enim mentirentur, sed consentiendo, quantum possunt, nam in tali necessitate Ecclesia non prohibet, ut contrahant, quantum possunt, nec per hoc formaliter simulant administrationem vel susceptionem Sacramenti, uti explicatum est, l. 6. p. 1. n. 162. Matrimonium tamen illud non valebit, quia secundum dicta n. 526. manet inhabilitas. Itaque tamen debebunt habere animum non consummandi, priusquam obtinuerint dispensationem, & Matrimonium revalidarint, Sanch. Perez, Gob. tr. n. 256. & 550.

§. 2. Quid facere debeat Parochus, si sciat contrahentes habere impedimentum, & tamen per Episcopum cogatur assistere, dixi n. 485. Si autem Confessarius advertat poenitentem bonam se contraxisse cum impedimento, & adhuc ignorare illud, tenetur, per se loquendo, eum admonere, ut materiales etiam fornicationes impediat, si nempe sit spes, quod sint abstenturi à populo: E contra si advertat istos conjuges esse in errore invincibili, ac moraliter certo judicet, si rescirent impedimentum, tamen perreuros in usu Matrimonii, tenetur tacere, donec

Z 4 obti-

II
O.I
mor.
alidii
Crox
VIII

obtinuerit dispensationem, ut curet revalidari, quia melius est permitttere peccatum materiale, quàm esse causam vel dare occasionem peccati formalis, uti dixi l. 6. p. 2. n. 1758. & confirmat *Avers.* q. 21. f. 3. ex Cap. *Quia circa*, De consanguinitate, ubi dicitur, *dissimulare poteris, ut remaneant in copula sic contracta, cum ex separatione videas grave scandalum imminere. Nec obstat*, quòd qui ita animo comparatus est, ut non defitteret ab usu Matrimonii, si resciret Matrimonium suum esse nullum, non videatur dispositus ad observanda omnia Dei præcepta, adeoque nec dispositus sit ad absolutionem, nam hoc verum est, si ita comparatus sit ex actu voluntatis præsentis vel præteriti habitualiter perseverante, non autem, si ita comparatus sit ratione actus tantùm conditionatè futuri, quia non ideo nunc est, sed tantùm esset malè dispositus, si resciret, ergo non ideo jam est, sed tantùm esset indispositus; & id patet in aliis exemplis, nam multi non sunt ita animo comparati, ut abstinerent à peccatis, si essent lento igne torquendi, & tamen nunc dispositi sunt ad absolutionem, quando de facto nec habitualement, nec actualem habent comparationem animi ad peccandum, licèt pro tali circumstantia habituri essent: imprudentia autem esset illis talia proponere, & sic tentare ac inducere in peccatum.

541. §. 3. Quamvis prævideatur, quòd monitio sit profutura, si tamen conjuncta sit cum gravissimo incommodo alterius, v. g. prolium, Confessarius non tenetur monere, sed potest permittere eos in bona fide, *Gob.* à n. 57. iterùmque n. 111. & *Spor.* supra. Quòd si aliud malum non timeatur, quàm præcisè divortium, quod alter con-

conjuges a grè est facturus, Gob. n. 115. dicit esse ma-
nifestandum, quia minus malum est tristitia
animus, quàm continuatio fornicationum mate-
rialium: si tamen simul redundaret infamia in
conjugem alterum, filere posse; si autem Matri-
monium tale vergeret in grave damnum publi-
cum, teneretur monere, quia publicum bonum
prevalere dicit privato. Gob.

§. 4. Quando Confessarius dubitat, an sua 542.
monitio sit profutura an obfutura, si Matri-
monium necdum contractum est, communiter
consultius est impedimentum detegere, dum-
modo sit aliquis spes, ut pœnitens desistat vel
dispensationem petat: si Matrimonium sit con-
tractum, conferri debent inter se spes & timor
tamen, idque eligendum, quod præponderat: si
certum discerni non possit, quid præponderet,
certius est filere, donec Confessarius ipse dispen-
sationem conjugibus obtinuerit, aut pœnitens
preceatur disponendus ad audiendam monitio-
nem: quòd si dispensatio brevi obtinenda esset,
moneri posset, quia spes magna est tantisper ab-
stinenturum ab usu Matrimonii, & quamvis ad-
huc adsit periculum, tamen videtur præponde-
rare certa scientia, quòd sæpe fornicationes ma-
teriales sit facturus, quàm incertus timor, quòd
aliquas formales facturus sit, Gob. n. 75. & 113.

§. 5. Si pœnitens dubius de valore sui Matri- 543.
monii interroget, Confessarius, per se loquen-
do, teneretur dicere veritatem: an autem possit
aliquando dissimulare, dixi l. 6. p. 2. n. 1759.
Quidquid sit de obligatione respondendi, plùs
non respondeat, quàm interrogetur, nam rectè
dicunt Tam. & Gob. n. 66. posse dissimulare veri-
tatem aut verbis eludere, si gravissima mala im-
mine-

Z 5

mine-

minerent ex clara veritatis manifestatione.

544. §. 6. Si conjux confiteatur se carnaliter peccasse cum non conjuge, appromisso illi Matrimonio, communiter spes est, quod profutura sit admonitio, hinc Confessarius debet monere, ut eum animum dimittat, eò quod Matrimonium illud futurum sit invalidum ob impedimentum criminis, *Gob. n. 107.*

545. §. 7. Quamvis Confessarius sciat Matrimonium esse nullum ob impedimentum dirimens, si tamen causas justas habeat hoc tacendi, & penitens pergat invincibiliter ignorare impedimentum, tenetur illum obligare ad reddendum debitum, si fortè illud neget ex odio vel averfione, aut quia vovit castitatem, dicendo conjugem teneri reddere debitum justè petenti, quia tenetur obligare ad peccatum materiale, quando aliter evitari non potest formale, actio enim illa tum propriè non est peccatum, sed omnino est licita, *Sanch. Fill. Cón. aliique multi cum Gob. n. 100. contra Sot. Bonac. & alios.*

546. §. 8. Quamvis manifestando impedimentum nullo modo manifestetur peccatum, si tamen cedat in damnum illius, ex cujus confessione hausta est illius notitia, taceri debet, quia alioquin confessio redditur odiosa, *Gob. à n. 120.*

547. §. 9. Si Cajus adductus in suspicionem fornicationis commissæ cum consanguinea Bertæ, quam volebat ducere, negarit primùm, sed postmodum falsus sit cum juramento & coram testibus, nunc autem iterum neget & dicat, se esse inductum ad hoc jurandum: *Lugo in Resp. mor. l. 1. dub. 41.* dicit Episcopum vel Parochum ei credere non posse, nisi sufficientibus indiciis probeb falsitatem suæ confessionis, quia confessio

testis extrajudicialis probat contra confitentem, donec de ejus errore constet, uti docet *Me-*
neus apud *Lugonem* supra: hinc *Poncius* l. 5. c. 3.
 n. 1. ait; si contrahentes opposito per unum te-
 stem impedimento & non probato, primùm
 confessi sint impedimentum & postea negave-
 runt, standum esse primæ confessioni, nisi pro-
 bent secundam esse veram: Similiter *Sanch.* l. 3.
 c. 15. n. 6. dicit, concubinarium non potuisse
 docere concubinam, qui falsus erat Parocho in-
 terroganti, quòd vivente primâ uxore cogno-
 visset concubinam datâ fide Matrimonii, si uxor
 noceretur, quamvis postea id negârit, audiens
 esse impedimentum dirimens.

§ 10. Si populus mullitet de impedimento 548.
 inter contracturos, videndum, ex quo funda-
 mento id fiat, nam si tantùm est rumor vulgi
 sine certo authore, communiter nihil subest,
 necque manet contemnendus, si autem sit fa-
 ma communis, huic tribuendum est aliquid; at-
 tamen rectè notat cum communi *Sperell.* decis.
 173. ad famam, quæ probet vel attendi debeat,
 inquiri, ut sit non vaga, non levis, non sibi ipsi
 contraria, sed solida, constans, uniformis, per-
 petua, quæ originem habeat à personis hone-
 stis & fide dignis. Et eadem firmat decis. 174.
 n. 115.

Q. 76. Quid addendum sit circa impedimentum er- 549.
 roris. R. §. 1. Can. un. 29. q. 1. enumerantur
 precipui errores: Error personæ est, quando hic
 putatur esse Virgilius, & ipse est Plato. Error for-
 tune, quando hic putatur esse dives, qui est
 pauper, vel è converso. Error conditionis, quan-
 do putatur esse liber, qui servus est. Error qua-
 litatis, quando putatur bonus, qui malus est.

§. 2.

550. §. 2. Certum est errorem in persona esse impedimentum dirimens, uti habetur eodem can. & Cap. *Tua nos*, De spons. sed solvi debet, 1. quod Jacob *Gen. 29.* validè contraxerit cum Lia, licet putarit esse Rachelem. 2. Quod valida fuerit benedictio data eidem Jacob, *Gen. 27.* quamvis Isaac putarit esse suum filium Esau. 3. Quod valeat absolutio sacramentalis data Petro, quamvis putarem esse Paulum. *Re. ad 1.* non valuisse, nisi postquam Jacob renovavit consensum, & voluit nihilominus etiam Liam habere uxorem. *Ad 2.* Benedictio ex divina voluntate cadebat in præsentem, quiscunque esset. Et ita etiam fieri potuisset, ut Jacob ab initio validè duxisset Liam, si consensisset in præsentem, qualiscunque esset. Quod si Jacob antea positivè noluisse Liam, & tum ita consensisset positivè in præsentem, quid tum censendum esset, dixi l. 6. p. 1. n. 71. *Ad 3.* Intentio Confessarii est & debet esse, absolvere præsentem penitentem, quicunque ille sit. Et idem est in aliis Sacramentis, excepto Matrimonio, uti dixi l. 6. p. 1. n. 68.

551. §. 3. Error in nomine non obstat, quia nihil essenziale impedit. E. contrà tamen si Cajus contrahat cum Berta, quam in re putabat esse Titiam, quamvis maluisset contrahere cum Berta, si scivisset hanc esse, Matrimonium est nullum, quia consensit in solam Titiam, & ex ista comparatione animi tantum sequitur, quod habuisset consensum in Bertam, si scivisset eam esse, non autem, quod de præsentem consensit in Bertam, quod tamen requiritur ad valorem Matrimonii cum Berta: unde quamvis talis error concomitans non reddat actum contrarium volunt-

esse im-
eodem
ebet, i.
um Lia,
d valida
Gen. 27.
n Esau.
lis data
Re. ad 1.
novavit
m Liam
vina vo-
que esset.
b initio
n presen-
ob antea
nsensisset
ndum ef-
Confes-
tem pœ-
st in aliis
dixi l. 6.
uia nihil
ajus con-
at esse Ti-
cum Ber-
n est nul-
& ex ista
quod ha-
sset eam
nsensisset
valorem
s talis et-
ntrarium
volun-

voluntati Caji, tamen reddit actum Caji non
voluntarium respectu Bertæ, respectu cuius de-
beret esse voluntarius, ut valere posset Matri-
monium, *Bonac. Avers. q. 12. f. 1.* Et idem est, li-
cet sic intenderet, *ducere Bertam, si scirem hanc
presentem esse Bertam*, per hoc enim tantum signi-
ficat se habiturum fuisse consensum præsentem
circa Bertam, si scivisset adesse, non autem,
quod actualiter habuerit, *Sanch. l. 7. d. 18. n. 6.*

§. 4. Quamvis error circa qualitatem fuerit 552.
causa contractus, tamen probabilius est cum
*Sanch. Castrop. d. 4. pu. 4. Avers. supra contra Me-
lin. & Pont. l. 4. c. 21. n. 7.* Matrimonium esse
validum, quia non vitatur consensus quoad
substantiam: & licet error ille causaverit, tamen
non fuit materia vel objectum simpliciter mo-
torum aut finis contractus.

§. 5. Quando qualitas est finis Matrimonii, 553.
ita ut Matrimonium expressè assumatur tan-
tum veluti medium ad illum finem, si erraretur in
qualitate, Matrimonium est irritum defectu
consensus, v. g. non cogitabas ducere uxorem,
sed quia audis Bertam esse nobilem, ideo ducis
illam, ut fias affinis nobilium, si Berta non sit
nobilis, non consentis, quia deest objectum sim-
pliciter motivum tui consensus, ita cum aliis
Sanch. l. 7. d. 18. n. 113.

§. 6. Si Titius dicat, *duco præsentem, quam pu-* 554.
eris filiam consulis, quamvis non sit filia consulis,
Matrimonium valet: si dicat, *duco filiam consulis*,
quam puto esse hanc præsentem, si non sit filia consu-
lis, Matrimonium non valet, pro quo hanc Re-
gulam dant *S. Th. Nav. Sanch. l. 7. d. 18. Avers. §.
supra Gob. n. 107. Spor. n. 3.* quando qualitas, in
qua erratur, respicit certam personam distin-
ctam

etiam ab illa, quæ præsens est, ita ut contrahens
 formet sibi conceptum personæ sub ista qualita-
 te, & postea offertur persona non habens talem
 qualitatem, tunc error qualitatis redundat in
 errorem personæ. E contra, si qualitas non re-
 spiciat certam personam distinctam à præsentē,
 sed independenter ab ea qualitate format sibi
 conceptum personæ præsentis, quam directè
 vult, quamvis decipiatur, putans tali personæ
 inesse talem qualitatem, quæ tamen non inest,
 error non redundat in personam, hinc validè
 contrahit in primo casu, quia directè intendit
 illam, quæ adstat, quamvis erret putans esse fi-
 liam Consulis. In secundo invalidè contrahit,
 quia filiam Consulis sibi in mente proponebat,
 & directè illam intendebat, quam sub ea quali-
 tate sibi proponebat in mente, non autem illam,
 quæ adstabat, si eâ qualitate careret.

555. §. 7. Etiam suppositis jam dictis, adhuc ma-
 net dubium, quid ad hunc casum sit dicendum:
 Titius petierat filiam natuminiorem Caji in uxo-
 rem, quam viderat esse formosam, Caju negat
 illam, sed appromittit natumajorem, quæ for-
 mosa non erat, Titius jubet per Sempronium
 videri hanc, sibi que referri, cujus formæ sit illa
 natumajore, Caju Sempronio ostendit natumi-
 norem dicens esse natumajorem, hinc deceptus
 Sempronius nuntiat Titio natumajorem esse
 formosam, & ideo Titius per procuratorem init
 Matrimonium cum natumajore.

556. *Queritur*, an validè. R. Affirmant *Sanch.* n. 35.
Perez, Gob. n. 124. quia error tantum fuit in qua-
 litate pulchritudinis, & Titius consensit in na-
 tumajorem, quam pater obtulerat: è contra ne-
 gant alii cum *Spor.* n. 8. quia consensit in illam,
 quæ

que fuit offensa Sempronio, ad hanc enim so-
lam se determinavit ratione pulchritudinis, er-
go cum errore qualitatis erat conjunctus error
personæ. In hoc casu nihil potest absolutè defi-
ni, sed examinanda est intentio, quam ex actua-
li comparatione animi præsumetur habuisse Ti-
tus, parim secundum regulam jam datam, par-
tim secundum ea, quæ dixi l. 3. p. 1. n. 71.

§. 8. Si virgo putavit commixtionem cor-
porum non esse necessariam ad generandam
prolem, validè contraxit, quia habuit genera-
lem intentionem faciendi, quod alii contrahen-
tes faciunt, *Gob. n. 128.* Si autem Caja deflorata
erat se ut virginem, & sic ducat Cajum igno-
rantem hunc defectum, quid tum tenendum sit
colligitur ex dictis n. 184. & 243.

§. 9. Si contrahentes intendant Matrimo-
nium, sed velint esse solubile, quid tum dicen-
dum sit, dixi l. 6. p. 1. n. 72. & hic à n. 250. Quid
autem sit dicendum, si intendant Matrimonium
indissolubile, sed expressè nolint Sacramentum,
dixi ibid. l. 6. n. 73. & hic n. 276.

§. 10. Ex dictis solvitur hic casus: Titius
post habitam copulam cum sorore Caje, in-
nocenti fide Matrimonium cum Caja, ignorans se
impeditum: Caja postea injustè malè tractatur à
Titio, & aliunde vehementer suspicans de illo
impedimento agit pro dissolutione sui Matri-
monii apud Papam. Titius negat factum, quod
Caja probare non potest, ideòque jubentur ma-
nere in Matrimonio, cui sententiæ acquiescit Ca-
ja jam volens dimittere suam suspicionem velut
conterariam. *Queritur*, an Titius possit manere
in illo Matrimonio, & petere ac reddere debi-
tum. *Videtur* posse, quia Ecclesia jubens illos
ma-

manere in Matrimonio, videtur hoc ipso tollere impedimentum affinitatis, ergo jam sunt habiles, & cum acquiescat Caja, re ipsa renovat consensum. R. non posse, tum, quia mens Ecclesiæ non est agere contra jus Cajæ, tum maximè, quia error facti falsò negati à Titio dat causam huic renovato consensui, ergo est irritus, secundum dicta l. 3. p. 2. à n. 612. neque Ecclesia potest hunc consensum supplere. Quòd si resciretur Papam dispensare in affinitate, si fortè subesset, & Cajam adhuc suspicantem de illo impedimento, nunc independenter à primo suo consensu absolutè consentire, eò quòd mallet manere in hoc Matrimonio, quàm perpetuò esse in rixis, aut se exponere periculo fornicationum, per hunc renovatum consensum fieret validum hoc eorum Matrimonium.

559. §. 11. Multos textus & Auctores adducit Sprell. decis. 150. n. 6. quibus videtur dici, quod non vitietur Matrimonium ex subreptione, dolo vel mendacio in initum, sed rectè concludit cum Sanch. l. 7. d. 18. à n. 18. id intelligi, si ista versentur tantum circa qualitates accidentales, uti factis intelligitur ex dictis.

560. Q. 77. Quid addendum sit circa impedimentum conditionis servi. R. §. 1. Hæc conditio strictæ servitutis quatuor modis inducitur, jure belli, civitate, justâ condemnatione, emptione. Certum autem est Matrimonium etiam strictè servorum non ideo esse irritum, quia non consenserunt Domini, nam Cap. 1. De conjug. servor. sic statuitur: *Nec inter servos debent Matrimonia ullatenus prohiberi, & si contradicentibus Dominis & invidis contracta fuerint, nullâ ratione sunt propter hoc dissolvenda; Imò nec ideo Matrimonium illicitum est,* per

per se loquendo, uti ex S. Th. & aliis rectè ostendunt Sanch. l. 7. d. 21. Avers. q. 3. l. 7. incommoda enim illa, quæ refert Busenb. non obstant substantiæ Matrimonii, quamvis ejus usum aliqua ex parte impediunt, uti & infirmitas corporis. Possunt tamen esse pacta, saltem ex consuetudine, ut si servus incio vel invito Domino contrahat, non amplius gaudeat certis beneficiis sui Domini.

§. 2. Quòd servitus dirimat, est ex Jure eccl. 561. delictico. Cap. Si quis ingenuus, Cap. 2. 3. & ult. De conjug. servor. Si autem contrahens, qui liber est, sciverit conditionem servilem alterius, l. Th. in supplem. q. 52. a. 1. & 2. Sanch. d. 19. n. 1. Arcud. l. 7. c. 3. & alii communissimè docent, Matrimonium fore validum, quia ejusmodi homo liber cedit juri suo, datque liberum consentium, quem jus positivum non irritat, irritat autem, si servitus fuerat à libero ignorata, quia ex hac parte consensus non fuit voluntarius, sed fuit error quodammodo circa personam, uti curibus deducit Sanch. à n. 15.

§. 3. Si servus ducat liberam ipsius servituti 562. conjugiam, Silv. Navarr. Henriq. & alii dicunt servum invitâ liberâ resilire non posse, quia lege in ejusmodi casibus favent soli injuriam. Alii cum Sanch. l. 4. d. 15. n. 5. probabimus dicunt, si aliud damnum secutum non sit, tam servum resilire posse, si enim teneretur à contractu, id esset in pœnam sui delicti, ad eandem autem pœnam prærequiritur Judicis sententia.

§. 4. Si persona serva intra breve tempus, 563. tempore infra sex menses, erat futura libera, quavis ignorata sit servitus, Sanch. l. 7. d. 19. Tit. VII.

A 4

n. 4

II
O I
mor.
audii
Crox
VIII

n. 4. putat valere Matrimonium, quia illa brevis servitus non videtur adferre præjudicium, sed *Silv. Angel. Avers. q. 12. f. 2.* melius contradicunt, quia si liber hoc resciret, posset Matrimonium suum habere pro nullo, ergo verè nullum erat. Sententia tamen communissima cum *Sanch. d. 20. Avers. Pont. l. 7. c. 44.* dicit valere, si Dominus servam collocet in Matrimonio cum libero ignorante servitute, quia hoc ipso servæ concedit libertatem, uti habetur ex authent. De nuptiis. §. *Si verò decretum.*

564. §. 5. Servitus ignorata dirimit, quamvis ignorantia sit crassa & imprudens, eò quòd facile resciri potuisset, quia Ecclesia, ut Matrimonium valeat, requirit consensum directum in conditionem servitutis cognitæ, *Sanch. Cón. Avers. §. Quintò,* contra *Sot. & Ledesm.* Aliud est, si haberet dubitationem vel opinionem de servitute, & tamen contraheret, tum enim cederet suo juri: & idem videtur esse, si haberet ignorantiam affectatam, eò quòd positivè vellet, nec inquirere nec inquire, quia talis ignorantia æquivaleret sufficienti notitiæ, *Pont. Avers.*

§. 6. Si servus contrahat cum serva credens hanc esse liberam, valet Matrimonium, quia non erratur quoad substantiam, & Ecclesia irritat solum Matrimonium liberi ignorantis servitute alterius, *S. Th. Henriq. Victor. Sanch. d. 19. n. 23, Avers. §. Septimò.* Et idem est, si servus ducat liberam, quam putabat esse servam, de hoc enim casu nil statuit Ecclesia, & cessat causa, quæ erat, ne liber deprimeretur ignoranter ducens servam, *Avers. §. Octavò.*

566. §. 7. Qui ad tempus tantum liberatus servitute, postea in eam relapsurus est, contrahit in-

illa bre-
dicium,
contradi-
Matrimo-
è nullum
um Sanch.
e, si Do-
cum li-
pfo serve
authent.
quamvis
quod fa-
Matrimo-
rectum in
b. Cón. A
liud est, si
de servi-
m cederet
eret igno-
vellet, nec
arantia z-
f.
a credens
m, quia
cclesia ir-
rantis ser-
anch. d. 19.
ervus du-
n, de hoc
at causa,
anter du-
atus servi-
trahit in-
vali-

validè, quia re ipsa incumbit ei servitus, quæ
ignoratur, *Sot. Gabr. Avers. §. Quarto.*
§. 8. Qui ignorans ducit servam, actualiter 567.
na affectus, ut ducere velit, quamvis sit serva,
ducit validè: E contra, si tantum habitualiter
ita comparatus sit, ut voliturus esset ducere,
quamvis sciret esse servam, ducit invalidè, quia
non habet consensum de præsenti, sed tantum
habiturus fuisset, si scivisset esse talem. V. n. 551.
§. 9. Si liber duxerit servam, putans libe- 568.
rum, & hæc fiat libera illo incio, ac propterea
non ponente novum consensum, quamvis per-
petuam illam habere ut conjugem, non ideo vali-
datur Matrimonium, quia tantum agit ex vi
primi consensûs invalidi, uti intelligetur ex di-
cendis à n. 513. docentque communiter omnes
tam Sanch. l. 2. d. 36. & Avers. §. Nonò contra An-
gel. & alios. Si tamen post cognitam etiam actua-
lem adhuc servitutem habeat velut conjugem,
ponit novum consensum, & ratificat Ma-
rimonium, Cap. 2. & ult. De conjug. servor.

Q. 78. An conditio filii dirimat, & quid dicendum 569.
si Matrimonium ineatur incio vel invito parenti-
bus. Re. S. Basil. apud Arcud. l. 7. c. 2. putavit
conditionem filii dirimere, si parentes sint in-
iuri; & hoc videtur habere fundamentum in
utroque Jure, nam ita habetur Can. Aliter 30. q.
1. Can. Honorantur. & Can. Non omnis 32. q. 2. Pa-
rentes nuptiæ desideratur in nuptiis, nec sine eo legi-
time nuptiæ habeantur, juxta illud Evaristi Papæ: ali-
ter non fit legitimum, conjugium, nisi à parentibus tra-
ctetur. L. 2. ff. De ritu nuptiarum. Nuptiæ consiste-
re non possunt, nisi consentiant omnes, id est, qui coeunt,
et utique in potestate sunt. Idem habetur L. 9. 10.
ibid. Etiam Luth. Bucer. Erasim. apud Bellarm. De

mor.
audii
Crox
VIII

Matr. c. 19. dixerunt, Matrimonia prolium inita sine consensu Parentum, vel irrita esse, vel saltem per parentes irritari posse. Sed oppositum nunc certum est ex *Trid.* sess. 24. De ref. Matr. c. 1. ubi ait, eos *S. Synodus anathemate damnat...* qui falso affirmant Matrimonia à filiis-familias sine consensu Parentum contracta, irrita esse, & Parentes irrita vel irrita facere posse; docentque *S. Th.* 2. 2. q. 104. art. 5. & nunc Canonistæ ac Theologi omnes cum *Delb.* c. 8. dub. 10. f. 9. *Pignat.* tom. 4. conf. 147. *Avers.* q. 3. f. 7. *Kugler* à n. 131. & 574. ubi à n. 576. solvit argumenta contraria. Notant etiam rectè *Bellarmin.* & *Arcud.* c. 4. id jam fuisse in antiqua lege, nam *Esau Gen.* 26. & 28. duxit uxores sine voluntate parentum; *Jacob Gen.* 29. & 30. duxit sine scitu parentum; similiter *Tobias c.* 7., nec ideo reprehensi sunt, hinc dicendum est Canones antiquos & leges istas pro nunc esse à *Trid.* emendatas.

570. §. 2. Rectè docet cum communi *Avers.* q. 4. f. 5. contra *Sor. Nav.* & alios, filium non teneri obedire parenti imperanti certum Matrimonium, hinc quamvis doceant *Gutt. Barb. Fagund.* & alii filium, & præcipuè filiam, peccare mortaliter contrahendo contra voluntatem & consensum parentum, quia horum cura & potestas postulat, ut proles in re tam gravi nihil determinent contra eorum voluntatem, oppositum tamen tenent *S. Th.* 2. 2. q. 10. & 104. a. 5. *Tolet.* *Henriq. Sanch.* l. 4. d. 23. n. 10. *Burgh.* cent. 3. cap. 55. *Krim.* à n. 132. quia circa electionem perpetui statûs, sustentationem proprii corporis, prolium generationem, quisque censetur esse sui juris, & ideo *S. Bonav.* in 4. dist. 29. q. 3. n. 16. ait: *per præceptum non potest pater ad contrahendum*

hac vel illa filium obligare. Attamen Delb. & A-
 adhuc distinguunt, & dicunt, si parentes im-
 pedire velint ab omni Matrimonio, non teneri
 obedire cum periculo incontinentiæ, juxta il-
 lud. 1. ad Corinth. 7. v. 9. melius est nubere, quam
 non: Si impedire velint à certo Matrimonio, ad
 quod filius vel filia propendet, expendendas esse
 ex utraque parte rationes, & si parentum ratio-
 nes justæ sint, teneri obedire; si nullius sint mo-
 menti, non teneri. Denique si parentes induce-
 re velint ad certum Matrimonium, à quo ab-
 horrent, non teneri obedire. Addunt tamen
 communiter omnes cum Sanch. teneri exquirere
 consilium parentum, si commodè fieri possit, &
 non prævideant impedituros, quamvis Spor. n.
 putet non peccaturos graviter, si etiam hoc
 negligant. Deinde tenent etiam communiter
 omnes cum Tolet, Sanch. Burgh. suprà, etiam tene-
 ri sequi consilium parentum, si multum referat
 cum tali contrahere, v. g. ad tollendas graves
 inimicitias, pietas enim tum obligat, per se lo-
 quendo, ut tollant talem necessitatem gravem
 parentum: & eadem ferme habet cum aliis Bu-
 rgh. relatus l. 3. p. 1. n. 692. Quòd si ex tali Ma-
 trimonio scandala, aliàque mala prudenter ti-
 merentur, rectè dicit Delb. num. 43. sine peccato
 contrahi non posse, sed tanquam repugnans
 caritati & pietati, imploratà etiam Judicis au-
 thoritate esse impediendum, quia in malis promif-
 sionibus non expedit servari, Reg. 69. Juris in 6.
 Denique notandum, quòd in Gallia, & quibus-
 dam aliis locis Matrimonia contracta contra
 voluntatem parentum censeantur irrita quoad
 effectus aliquos civiles.

§. 3. Non ideo potest exheredari proles, quòd 571.

A a 3

ineat

II.
 O. I.
 mor.
 audii
 Croix
 VIII

ineat Matrimonium etiam cum inæquali contra positivam voluntatem parentum, uti cum aliis plurimis docent *Sanch.* l. 4. d. 25. *Laym. Diana,* Gob. t. 10. n. 108. *Dicaft.* De iust. t. 19. n. 393. *Less.* in auct. v. *Matrimonium* cas. 20. neque oppositum ullâ lege vel consuetudine induci potest, nisi accedat aliquis consensus Ecclesiæ, secundum dicta à n. 517. *Delb.* c. 8. d. 19. f. 2. & seqq. Ratio est, quia Jure naturali non potest ideo exheredari, nisi hinc parentum voluntatem teneatur sequi, quod secundum dicta non tenetur. Jure autem positivo tum tantum potest exheredari, si adsit una ex his causis ingratitude, quas recenset *Authent.:* *Ut cum,* De appellatione, *Collat.* 8. §. *Aliud quoque capitulum;* 1. Si parentibus manus intulerit. 2. Si per se & directè gravem & inhonestam injuriam eis ingesserit. 3. Si accusaverit in criminalibus, quæ non sunt contra Principem vel Remp. 4. Si ut maleficus cum maleficis versetur. 5. Si tentaverit infidiari vitæ parentum. 6. Si commiscuerit se novercæ suæ vel concubinæ Patris. 7. Si per delationem gravia dispendia causârit parenti. 8. Si pro parente captivo noluerit fidesubere. 9. Si impediverit, ne parentes conderent testamentum. 10. Si arenarium vel mimum pergat agere, cum parentes ejus professionis non sint. 11. Si filia vel neptis viginti quinque annis minor rejectâ oblatione mariti vel dotis elegerit vitam luxuriosam. 12. Si parentem factum furiosum neglexerit. 13. Si non festinaverit redimere captivum. Quamvis autem ducat imparem contra voluntatem parentum, non ideo committit casum ingratitude ob unam ex his causis, ergo. Videri potest *Krim.* à n. 488. Puta-

Putavit quidem *Fachin.* posse exheredari prolem ex similibus vel majoribus causis, quam habent, sed rectè contradicit *Krim.* à nu. 496. quia Jus expresse restringit potestatem exheredandi ad has tantum causas: sicuti privationem asyli restrinxit *Greg. XVI.* ad illa tantum 8. crimina, quæ recensui l. 4. n. 1394. ideòque ad alia etiam majora extendi non debet. Putat tamen *Molina* d. 176. posse Remp. condere legem, secundum quam talis proles exheredari posset in certis casibus, nempe illis, quibus in hoc negotio tenentur sequi consilium parentum. V. *Kugler* à n. 695.

§. 4. Si proles petito consilio parentum, contra horum voluntatem ineat Matrimonium, non ideo potest ei negari dos, communis cum *Sanob.* l. 4. d. 26. à n. 16. *Gob.* n. 110. *Krim.* à n. 400. Ratio est, quia volenti nubere debetur dos, tum ad alimenta, & sustinenda onera Matrimonii, tum etiam, ne mulier indotata spernetur à viro, uti habetur in Jure apud *Krim.* n. 400. nullum autem Jus dicit; prolem ob adductam causam posse privari dote: Imò licet nuberet indigno, non ideo posset privari alimentis necessariis, L. 5. §. *Si vel parens.* ff. De liberis agnatis. Dos autem & alimenta æquiparantur in Jure. Porro ille solus censetur accipere indignum, ex quo redundat dedecus in familiam, vel infamia in accipientem. Vide *Krimmer* n. 503. & *Kugler* à n. 139.

Q. 79. Quid addendum sit circa impedimentum vocat. §. 1. Deus permittit Sacerdotibus & Levitis antiqui testamenti Matrimonium, ejusque nullum, saltem extra annum suæ vicis five defertionis, cum enim non fierent Sacerdotes aut Levitæ, nisi è tribu Levi & domo Aaronis, ne

Levitarum genus deficeret, reparandum erat per Matrimonium. In nova lege Græci sacris ordinati etiam licite utuntur Matrimonio ante subdiaconatum contracto, uti declararunt varii Pontifices apud *Arcud.* l. 7. c. 33. Votum tamen habent cœlibatûs post primæ uxoris obitum, *Arcud.* c. 43. ubi etiam notat Episcoporum uxores debuisse fieri Monachas.

574. §. 2. An Matrimonia Græcorum, si contrahant post susceptum sacrum Ordinem, siue sint prima, siue secunda, non tantum sint illicita, sed etiam invalida, fusillimè disputat *Arcud.* eodem c. 43. & contra alios tenet valida esse, sed sic contrahentes debere abstinere à sacro ministerio. E contra invalida esse multis contendit *Pignat.* tom. 8. consult. 81. Justè autem & sanctè voluit Ecclesia, ut Latini ordinati sacris essent incapaces Matrimonii, & si illud antea contraxissent, abstinere ab usu, uti contra Græcos rectè ostendit *Arcud.* à c. 34. usque ad 43. testimonis Conciliorum & PP. tam Græcorum quàm Latinorum: & nunc tantum loquemur de impedimento voti in Ecclesia latina.

575. §. 3. *Vasq. Az. Platus, Pont.* l. 7. c. 14. & seqq. late contendunt ex antiquis Conciliis & PP. Religiosos in primis sæculis, non obstante professione suâ potuisse validè, quamvis illicitè, contrahere Matrimonium. Et idem dicit de initiationis sacro Ordine *Pont.* c. 27. Quod Professionem religiosam attinet videri possunt dicta. l. 4. n. 3. & hic dicenda paulò pòst. De cætero certum est, nunc in *Conc. Later.* anno 1139. statutum esse, ut Religiosa professio & votum ordinati sacris dirimat contrahendum Matrimonium, uti refertur *Can. Ut Lex.* 40. caus. 27. q. 1. & idem statui-

tur aliis locis, apud Pont. c. 22. n. 4. & apud
 De Ordine Dub. 25. estque definitum à Trid.
 c. 24. Can. 9. Si quis dixerit Clericos in sacris Or-
 dinibus constitutos vel Regulares castitatem solemniter
 professos posse Matrimonium contrahere, contractumque
 nullum esse non obstante lege Ecclesiastica vel voto
 anathema sit: unde videtur colligi, si Ordinem
 sacrum suscipiens nollet castitatem vovere, at-
 tamen ad hanc teneri ex præcepto Ecclesiæ, se-
 cundum dicta l. 6. p. 2. n. 2161. & similiter talis
 ex lege Ecclesiæ in reverentiam Ordinis sacri
 redditur inhabilis ad Matrimonium, uti rectè
 Krim. à n. 956. Estque hoc verum, licet susci-
 piens sacrum Ordinem esset tantum impubes,
 quia quamvis per legem Ecclesiæ non sit capax
 voti Religionis, tamen Ecclesia non reddit eum
 incapax hujus voti vel præcepti, Krim. n. 963.
 §. 4. Infans validè initiatur sacro Ordine, 576.
 ut constat ex Cap. un. De clerico per saltum promo-
 to: sic autem ordinatus non teneretur castitate,
 sed si vellet, posset inire Matrimonium, quia
 nec vovit, nec ei præcepta est castitas, cum fue-
 rit voti & præcepti incapax. Excipe, nisi usum
 rationis adeptus suam Ordinationem expressè
 vel tacitè ratificaverit, tum enim tenetur ad ca-
 stitatem, & inhabilitatur ad Matrimonium,
 Krim. n. 962.

§. 5. Ordinatus sacris ex metu gravi injustè 577.
 & directè ad sacri Ordinis susceptionem incusso,
 secundum Krim. n. 964. & alios multos non te-
 netur ad castitatem, nec inhabilis est ad Matri-
 monium, sed videri debent dicta l. 6. p. 2. n.
 2163. nam probabilius est oppositum ob ratio-
 nem ibi datam, quia votum illud Jure naturæ

valet, nec invenitur Jure positivo irritari, uti etiam rectè probat *Pont. l. 7. c. 29.*

578. §. 6. Qui invalidè ordinatus est, non tenetur, quia votum & obligatio castitatis ex mente Ecclesiæ tantum accessorie sequitur ad susceptionem Ordinis: Oppositum tamen dicunt *Castrop. & Krim. n. 965.* si conjuges invalidè profelli sint Religionem, putant enim teneri ad castitatem statui congruam, eò quòd profitendo Religionem, expressè voverint castitatem, ac voluerint actum suum valere, quantum possit.

579. §. 7. Per votum simplex castitatis, quod Religiosi Societatis Jesu emittunt post Novitiatum, dirimi Matrimonium, certum est ex *Bulla Greg. XIII. Ascendente Domino*, ubi ait: *quoniam omnes illos ad contrahendum inhabiles ac contractus hujusmodi nullos & irritos facimus.* Ratio est, quia quamvis non sit votum solenne, tamen quia Ecclesiæ potestatem habet ponendi certas condiciones requisitas ad valorem contractus matrimonialis, ipsa autem ponit carentiam votorum simplicium, per quæ Societatis Jesu personæ sunt Religiosi, hoc ipso talia vota habent vim dirimendi Matrimonium.

580. §. 8. Docent *Abb. Lop. Palud. Laym. l. 5. tr. 10. p. 4. c. 3. n. 5. Gutt. Castrop. d. 3. p. 6. §. 11. n. 20. Avers. q. 15. f. 3. Tamb. hic tr. 7. c. 4. §. 2. n. 9. & alii communiter contra Sot. & Pont. l. 7. c. 21. & 25.* per votum simplex castitatis, quod uxor emittit dans marito potestatem suscipiendi sacrum Ordinem, dirimi Matrimonium uxoris, etiam post mortem dicti mariti, quod videtur statui *Cap. Quia sunt, 10. & Cap. Sise. dist. 28.* ubi dicitur, ut separentur, non tantum quoad tōrum, uti putat *Pont.* sed quia deest vinculum, uti

habet ibidem *Glossa*. Et ratio congruentiæ est, quia talis uxor deberet fieri monialis secundum *Cap. Sane*, De convers. conjug. & *Cap. Agas*, 21. causâ 27. q. 2. ergo congruum est, ut si habet fit inhabilis ad alias nuptias. Alii cum *Agor* tom. 1. l. 13. c. 14. q. 11. & *Sanch.* l. 7. d. 40. dicunt Matrimonium uxoris in sæculo remanentis fore quidem irritum, attamen non ratione voti, sed ex constitutione Ecclesiæ, nam etsi prior votum castitatis non emiserit, si tantum consenserit in Ordinationem mariti, licet forte nihil sciverit de inhabilitate inde consequente, dicunt inhabilitari ad secundas nuptias, nam ita statuitur *Cap. Seriatim*, 14. dist. 32. & *Cap. Quia sunt*, 10. dist. 28. ubi *Glossa* ait: Si ea invitâ ordinaretur vel ignorante, non fieret ei præjudicium, sed si sciret & tacuit, fit ei præjudicium, ut post mortem illius non possit nubere, ut dist. 32. *Cap. seriatim* 14. unde requiritur, quod mulier voveat, sed sufficit, si scit votum suum ordinari. Et eadem *Gloss.* ad *Cap. Si se*, 11. dist. 28. videtur, quod sola constitutio Ecclesiæ hoc Matrimonium dirimat, non scienti vel votum. Atque in his consentit *Sanch.* Quidquid sit de hoc, unde oriatur; *Glossa* ad *Cap. seriatim*, supra ait: De qua accore pronon dic, quod eo ipso, quod dat licentiam, intelligitur vovere. Et idem dicit *Gl.* ad *Cap. Agas*, 21. causâ 27. q. 2. ergo reipsa videtur esse ratione voti, saltem virtualiter emissi, cui, quamvis simplex sit, Ecclesia annexuit talem inhabilitatem, uti eandem annexuit votis simplicibus in Societate Jesu; vel certè dici potest, quod in simili dixi l. 6. p. 2. n. 2161. nempe sicut suscipiens sacrum Ordinem ordinariè ex voto obligatur ad continentiam, si tamen vovere nolit, tum obligari ex præcepto Ecclesiæ, ita hic ordi-

II
O.I
mor.
alidii
Croix
VIII

ordinariè ex voto oriri illam inhabilitatem, si autem non voverit, oriri ex dispositione Ecclesiæ. Quid autem tenendum sit de nocente manente in sæculo, si innocens post justum divortium susceperit sacros Ordines vel Religionem dixi à n. 448.

581. §. 9. *Sanch.* l. 7. d. 32. à n. 9. latè probat, si unus conjugum profiteatur in Religione, & alter velit manere in sæculo, debere non tantum facere votum continentiae, sed etiam carere periculo incontinentiae, alioquin teneri non tantum ingredi monasterium, sed etiam suo tempore profiteri in Religione, ut probat *Castrop.* d. 3. p. 6. §. 11. n. 12. quamvis n. 17. dicat, spectato rigore Juris oppositum esse probabilius. Tandem autem censetur manere periculum incontinentiae, quamdiu senes non sunt, quantumcumque probæ sint vitæ. Si tamen sint senes, præsumi abesse periculum; censetur autem mulier senex, si sit quinquagenaria, vir autem, si sit sexagenarius, inquit *Sanch.* & post eum *Castrop.* n. 10. quia tum in illis cum potentia generandi communiter cessat calor libidinis. Deinde probat idem *Sanch.* d. 33. & *Castrop.* n. 14. professionem viri fore validam, si uxor consenserit, quamvis hæc in sæculo manens, & adhuc juvenis votum castitatis non emitat: attamen ad hoc prærequiri licentiam Episcopi pro ingressu in Religionem, docet *Castrop.* n. 11. contra *Sanch. Gutt. Pontium*, & *Avers.* q. 15. f. 3. qui dicunt id tantum esse de convenientia. Et si remanens in sæculo emitat votum castitatis, docent rectè *Sanch.* n. 8. *Gutt. Pont. Castrop.* n. 13. quod votum uxoris non ideo fiat solenne, nam *Cap. un. De voto*, in 6. clarè deciditur, quod votum nullum censeatur solenne

solenne in ordine ad dirimendum Matrimonium, nisi fit in religiosa professione, vel sacri Ordinis susceptione. Hinc inferunt hi Auctores cum *Averf.* tali voto non dirimi sequens Matrimonium, sed tantum impediri. Quod autem uxor viri sacris ordinati nequeat secundum dicta n. 580. post viri mortem valide inire Matrimonium, hoc dicunt esse ex speciali Ecclesie ordinatione circa uxorem ordinati, quæ cum fit oeciosa, non debeat extendi ad uxorem professi. Contra *S. Bonav. Gabr. Palud. Henricus* & alii dicunt hoc voto dirimi Matrimonium etiam mortuo professo contrahendum, quia Cap. *Qui uxorem*, 10. caus. 33. q. 5. dicitur: *qui uxorem suam relinere permiserit, aliam non accipiat, sed similiter contrahatur*, ubi *Glossa* addit: *intrando monasterium, si puerus est; vel si senex est, contineat in saeculo*, Cap. *Cum sis*, De convers. conjug. & hic dicit *Hugo*, quod *capitulum*, quod dat uxori licentiam, intelligitur *vovere*. Hoc autem votum videtur esse simile voto, quod emittit uxor ordinati, quod secundum dicta n. 580. Matrimonium dirimit, & talis vir ingrediens monasterium etiam saepe ordinatur, ergo votum uxoris in saeculo manentis habet subreptum similem vim dirimendi, & propter hoc, posterior sententia etiam est probabilis, quæ dicit hic non esse extensionem legis, sed in ultimatione prudente velut identitatem casus respectu ejusdem legis.

§. 10. Si Titius hæreticus Ordinis Teutonici ritum hæreticorum fecerit solitam professionem, non ideo fit inhabilis ad Matrimonium, tum quia non est vera professio religiosa, sed tantum inanis caremonia, tum etiam quia non inten-

intendunt se obligare ad continentiam, neque Ecclesia ipsis eam præcipit.

583. §. 11. Thomistæ communiter, *Henriq. Valent.* & alii, quibus videtur favere *S. Th.* in supplement. q. 53. a. 2. O. putant voto solenni Jure naturæ dirimi Matrimonium, eò quòd res Deo per votum tradita non possit tradi homini, sed probabilius est oppositum eum *Scoto* & *Scotistis* omnibus, teste *Mastio* n. 116. ad quos accedunt *Gerf. Abb. Caj. Az. Bellarm. Sanch.* l. 7. d. 26. *S. Bonav. Less. Cón. Regin. Hurt. Dicast.* supra, *Krim.* à n. 446. *Avers.* q. 15. f. 1. & alii, quia obligatio Religionis non pugnat cum superveniente obligatione justitiæ, uti patet in obligato voto simplici castitatis, si Matrimonium contrahat, Deo enim ex Religione obligaverat corpus, quòd nihilominus etiam validè ex justitia obligat conjugii. Si dicas, votum solenne habere actualem traditionem corporis respectu Dei, quam non habet votum simplex: *Contra est* 1. nam multa vota simplicia etiam dirimunt Matrimonium, uti patet ex dictis, ergo talia saltem habent respectu Dei actualem traditionem corporis. 2. Ideo votum solenne est actualis traditio, quia per illud homo abdicat se jure utendi corpore, sed per quòd vis votum simplex etiam abdicat se homo jure utendi corpore, quia nullum in tali homine manet, nec unquam est in aliquo jus ad actus illicitos, ergo. Confirmatur, nam Pontifices dispensare possunt cum professis ad ineundum Matrimonium, uti dicitur n. 829. ergo figuratum est, quòd professio dirimat Jure tantum ecclesiastico, solennitas enim, ob quam præcipuè est vis dirimendi, juncta est votis vel Ordini solo Jure ecclesiastico, uti rectè *Krim.* à n. 446. §. 12.

§. 12. Sicuti votum profitentis in Religione 584.

impedit valorem Matrimonii, ita Matrimonium consummatum impedit valorem professionis religiosæ, si fiat absque licentia conjugis, & extra casum justii divortii, Cap. *Notificasti*, 33. q. 5. Cap. *Veniens*. Cap. *Quidam* De convers. conjug. potestque sic invalidè professus suâ sponte redire ad sæculum, & in eo semper manere, etiam si alter postea consenserit vel dederit causam justii divortii, nisi post hæc professionem suam legitimè ratificârit: Et talis professio de se non habet vim voti simplicis aut Religionis postea ineundæ aut servandæ castitatis aut non petendi debitum, quæ quidem præsumuntur, secundum Cap. *Quidam* & Cap. *Placet*, De convers. conjug. sed an ita sit, pendet ab intentione profitentis, quæ exquirenda est. *Dixi*, si fiat absque licentia conjugis, & extra casum justii divortii, quæ licentia vel divortium, si adsit, licitè & validè profitetur, uti colligi potest ex dictis tum hic n. 438. tum etiam l. 6. p. 2. n. 2220. ubi dixi, talem etiam posse suscipere sacrum Ordinem. Possuntque hæc omnia videri pluribus deducta apud *Avers.* q. 15. f. 2. & 3.

§. 13. Huc spectat resolutio seqq. casuum. 1. 585. *Votus* invalidè professus, post elapsam quinquennium relatâ causâ invaliditatis, emissus, irritat Matrimonium. *Queritur*, an validè. *Negat Pignat.* Tom. 1. consult. 88. referens multas declarationes, quæ dicunt, ibi esse tacitam professionem. Sed R. Quamvis Ecclesia prudenter præsumat talem esse tacitè professum, sive, interea ratificâsse professionem suam, vix enim esse potest, quin ratificaverit, cum tamdiu in Religione vixerit, tamen cum Ecclesia non possit sup-

II.
O.
mor.
alidii
Croix
VIII

supplere consensum ad valorem professionis necessarium si re ipsa nunquam ratificasset, secundum dicta l. 4. n. 12. nunquam valuisset professio, & Matrimonium jam contractum esset validum. E contra, si etiam tacite tantum ratificaverit primam invalidam professionem, nec aliunde aliquid defuerit, secundum dicta l. 4. n. 31. est verè professus, & consequenter Matrimonium ejus est invalidum, & de hoc casu intelliguntur declarationes apud Pignatellum.

586. *Casus 2.* Berta potens probare se coactam vi esse ingressam & professam in Religione, post medium annum à professione clam profugit, & jam in Matrimonio est per decem annos, susceptis prolibus, petitque tandem, ut Judex ecclesiasticus habitam plenam probationem coactionis declarat Matrimonium & proles legitimas. *Quæritur*, an id fieri possit, Ratio dubitandi est, quia *Trid. sess. 25. De Regul. c. 19.* dicit: Regularem talem non esse audiendum, nisi intra quinque menses à die professionis causas deduxerit coram Superiori suo & Ordinario. Quod si antea habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcunque causam admittatur, sed ad Monasterium redire cogatur, & tanquam apostata puniatur. Nihilominus quatuor Doctores facultatis Theologicæ Coloniae putarunt Judicem ecclesiasticum adhuc posse declarare professionem irritam, Matrimonium & proles esse legitimas, quia ignorantia Juris excusat in sexu foemineo: Et mulier, ut inquit Gloss. nov. in authent. *De incest. nupt. §. 1. Mascard.* De prob. vol. 1. concl. 74. n. 5. vol. 2. concl. 1080. n. 9. ignorat sua jura, quidve ipsi comperat. Et cum res integra non sit, præsumendum de benignitate Matris Ecclesiæ, quod conjuges illos

nolit manere in perpetuis animæ & corporis angustis.

586.

Casus 3. Cajus metu, quem probare potest, coactus, verbis tantum externis sine interno animo fecit professionem; cessante intra triennium causâ metûs, statim protestatur contra, sed non auditur à Superioribus, nec permittitur implorare Ordinarium, imò in carcerem conjicitur, è quo elabens, fugam arripit, dimisso habitu eâ intentione, ut intra tempus quinquenni sibi currentis impleret Ordinarium: Iterum deprehensus conjicitur in duriolem carcerem tandem interrogatur: num professionem suam velit ratificare, aut aliàs damnari perpetuo tali carcere: cumque non esset aliud evadendi medium, Cajus obtulit ratificationem, sed non aliter ratificat, quàm priùs illam fecerat, scilicet sine animo se obligandi. Liber factus habitâ occasione iterum fugit, sed cum nullibi tutus confiteret, ex desperatione, militiæ nomen dedit, nec amplius sui juris, per annos 12. in ea mansit. Redux inde reassumpfit coram Ordinario suam reclamationem: sed fortuitò incidens in notitiam cum Caja, cum hac, totum negotium ignorante, contrahit Matrimonium in facie Ecclesiæ, & ex ea tres proles suscitatur. *Queritur* 1. an Cajus possit ab Ordinario loci restitui in integrum contra lapsum quinquenni. 2. An, ut audiatur ab Ordinario & Superiore loci, è quo profugit, compelli debeat ad reassumendum prius habitum.

Respondeo ad 1. affirmativè, 1. quia restitutio in integrum nunquam intelligitur exclusa, nisi specialiter sit prohibita, *Socin.* & alii communiter, sed non est prohibita in casu hoc, quo injur

Tom. VIII.

B b

A e

itè negata est omnis via reclamandi; nec ullibi
 Papæ reservatur restrictio in integrum, *Zypens*
 in *Analyti Juris Pontif. De Regul. n. 47. 1.* Ca-
 jus reclamavit ante lapsum quinquenni, quod
 satis est, non enim requiritur, ut causa absolva-
 tur ante quinquennium. 3. Ordinarius potest
 in sua diœcesi, quod Papa in orbe, nisi speciali-
 ter reservetur vel prohibeatur, *Barb. De Jure ec-*
cles. l. 1. c. 8. n. 20. Sperell. decis. 110. n. 21. &
Trid. in omnibus causis concedit primam in-
stantiam Ordinariis, exceptis solis causis tra-
ctandis secundum Canones apud Sedem Apo-
stolicam, quod de hac causa nullibi dicitur. Si
dicas, Ordinarius videtur hîc esse delegatus, de-
legatus autem nō potest restituere in integrum,
Cap. Causa, De restit. in integrum. R. n. esse de-
legatum, nam Trid. sess. 25. c. 19. De Regul. dicit,
causam pertinere ad Ordinarium & Superiorem
regularem, nullâ factâ mentione delegationis &
licet Ordinario adjuncta sit jurisdictio etiam
circa exemptos, per tale additamentum non fit
jurisdictio delegata, Salgado De retent. Bulla: p.
2. c. 25. Vide De Luca De Regul. d. 8. n. 7. & d.
16. n. 13.

Redeo ad 2. *Fagn. ad Cap. Perlatum De his, quæ vi-*
metusve caus. n. 52. Covarr. & alii videntur di-
cere, non audiendum, nisi in habitu, quia Trid.
videtur Ordinario jurisdictionem concedere
tantum pro casu, quo intra quinquennium cau-
fas deduxerit, manens in Monasterio: nam ad-
dit; Quod si antea habitum sponte dimiserit, nullatenus
ad allegandum quamcumque causam admittatur, sed
ad Monasterium redire cogatur, & tanquam apostata
puniatur. Unde de hoc casu egressus dimissio ha-
bitu, Pignat. tom. 9. conf. 173. n. 4. ait: Trid.
velle,

velle, quod prius resumat habitum, & postea admittatur ad adducendum causas nullitatis, alioquin vult agendum cum ipso, prout cum apostata. Similiter Barb. Depotelt. Episc. alleg. 104. n. 14. ait, dimissionem habitus non impedire, ut regularis non audiatur, si postea eundem reassumat. Contradicit Sanch. l. 7. d. 37. n. 3. ubi ait: limitandum est, nisi professus is justam dimittendi habitus causam haberet, vel si non posset obtinere licentiam eundi ad reclamandum, nec ire, nisi habitu deposito, aut non permittitur causas nullitatis proponere coram Ordinario: & ob id habitu dimisso fugit, ut reclamet, quippe *Trid.* temerariam habitus dimissionem punire intendit; at non temere dimittit, qui ut allegando causas nullitatis, remedio Juris concessio uti possit, id efficit, sic *Nav. Az.* Addit *Sanch.* n. 11. fictè professum posse, cessante scandalo & omisâ reclamatione, & non deductis causis coram Ordinario ac Superiore, fugere, nec teneri redire ad Monasterium, nec esse apostatam. Hinc videtur dicendum, cum Cajus injustè impeditus sit, quominus ageret, potuit dimisso habitu fugere, ut ageret; & cum nullibi tutus esse posset, quod se dederit militiae, videtur fecisse coactus, deserere autem militiam vel non potuit, vel non est ausus; & cum dimissus à militia statim inceperit iterum agere coram Ordinario, non videtur excludendus beneficio restitutionis in integrum apud Ordinarium, nec ipsi tutum est redire ad Ordinem, in quo fortè libertatem non haberet agendi causam suam apud Judicem competentem.

Q. 80. Quid addendum sit circa cognationem legitimam. §. 1. Adoptio tum dicitur perfecta sive

Bb 2

arro-

arrogatio, si homo liber adoptatus auctoritate Principis transeat in potestatem adoptantis tanquam hæres necessarius ex testamento, & ab intestato: tum est imperfecta, si homo etiam alieni juris assumatur in filium, non transeundo in adoptantis potestatem, & non tanquam hæres necessarius ex testamento, sed tantum ab intestato per potestatem Judicis inferioris ex consensu solius adoptantis.

588. §. 2. Probabilius est cum *Innocentio IV. Silvest. Henric. Sanch. Cón. Laym. Dian. Tancr. Merat. Bonac. Regin. Fill. Sylv. Tamm. Avers. q. 16. f. 3. Pirh. Zoef. Engel, Haun. Wex p. 5. tr. 2. cont. 4. Krim. n. 1121. contra Scot. Abb. Palud. Pont. Castrop. Barb. Schneiderv. & Scotistas omnes teste Mastrio n. 104. solam adoptionem perfectam dirimere, cum de imperfecta nil statuatur in Jure, sed tantum de adoptione simpliciter, sive sine addito, quo nomine venit sola perfecta, maximè cum Jura irritantia potius in favorem Matrimonii restringenda sint, quàm amplianda.*

589. §. 3. Cognatio legalis dividitur in Paternitatem, fraternitatem, & affinitatem. Paternitas reperitur inter adoptantem, & adoptatum, ac hujus descendentes, & hæc cognatio est perpetua, etiam si per emancipationem, aut aliter solvatur adoptio. Fraternitas reperitur solummodo inter liberos legitimos adoptantis & inter adoptatum, non autem inter adoptatum, & filios illegitimos adoptantis, neque inter filios legitimos adoptantis & filios adoptati; durat autem solum tamdiu, quamdiu adoptatio. Affinitas legalis reperitur inter adoptantem & uxorem adoptati, item inter uxorem adoptantis & adoptatum, duratque etiam in perpetuum;

tuum; *Avers. supra, Krim. n. 1123. Lohner p. 4. in instruct. Pastorum. pag. 207.*

§. 4. Linea legalis Paternitatis est hæc: 590.
Titius adoptans } adoptato in 1. gradu
est cognatus, cum } liberis adoptati, in 2.
 } nepotibus adoptat., in 3.
 } pronepotibus adopti, in 4.

§. 5. Hæc cognatio inter adoptantem & 591.
adoptatum non extenditur, nisi ad eam personam, quæ tempore adoptionis erat sub potestate adoptati, hinc adoptans validè contrahit cum filia adoptati nata post adoptionem, vel etiam nata ante, sed prius emancipata: item cum filia suæ filiæ adoptivæ, quia mulier neminem habet in sua potestate: itē cum liberis illegitimis adoptati, quia hi non sunt sub hujus potestate, *Sanch. Laym. Krim. num. 1124.* Similiter nulla est cognatio legalis inter adoptantem & parentes adoptati, quia hi parentes non sunt sub potestate adoptati. *Krim. 1126.*

§. 6. Linea legalis fraternitatis est hæc: 592.
Cajus adoptatus } Liberis adoptatis in 1. grad.
est cognatus cum } nepotibus adoptantis, in 2.
 } pronepotib⁹ adoptatis, in 3.
 } abnepotib⁹ adoptatis, in 4.

§. 7. Linea legalis affinitatis est hæc: 593.
Titius adoptans & uxor Cajii } sunt lega-
adoptati, Cajus adoptatus, & } liter affi-
 } nes.
uxor Titii adoptantis

§. 8. Impedimentum cognationis legalis, se- 594.
cundum dicta, non contrahitur à liberis adoptivis inter se, hinc filii adoptati à Cajo contrahere possunt cum filiabus adoptatis ab eodem Cajo, *Dian. p. 4. tr. 4. R. 121. Gob. tr. 9. n. 177. Avers. supra. Bonac. Krim. n. 1125.* Similiter filius adopta-

II.
I.
mor.
vidii
Crox
VIII

adoptatus posset ducere filiam legitimam adoptantis, si alteruter emanciparetur, vel si moriatur adoptans, quia tum cessat adoptio, *Krim.* à n. 1125. E contra filius adoptatus etiam soluta adoptione ducere non potest eam, quæ fuit uxor adoptantis, uti nec adoptans uxorem adoptati, quia, secundum dicta, est quadam inter hos quasi publica honestas perpetua. An superveniens cognatio legalis impediat petitionem debiti, dicitur n. 601.

595. Q. 81. Quid addendum sit circa cognationem spirituales. *R.* §. 1. *Trid.* sess. 24. c. 2. De reform. Matr. statuit, ut unus tantum, sive vir sive mulier juxta sacrorum Canonum instituta, vel ad summum unus & una baptizatum de Baptismo suscipiant, inter quos ac baptizatum ipsum & illius patrem & matrem, nec non inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem ac matrem tantum, spiritualis cognatio contrahatur. Et idem dicendum est ex Confirmatione, in qua patrinus assistens & confirmans contrahunt cognationem cum confirmato, cumque hujus patre ac matre.

596. §. 2. Cum *Trid.* dicat, inter illos tantum contrahi hanc cognationem, consequenter non contrahitur inter patrinum & matrinam, neque inter plures patrilinos vel plures matrilinas, si plures adhibeantur; neque inter illos, qui baptizantur vel confirmantur ab eodem Ministro; neque inter Ministrum Sacramenti, & patrilinos; neque cum parentibus vel uxore Ministri; neque cum conjugate patrilini vel matrilinæ; neque cum liberis vel vitricis vel noverca baptizati aut confirmati.

597. §. 3. Si Berta uxor Titii adulteretur cum Cajo, qui ob levatum Titii & Bertæ infantem habet cum eis cognationem spirituales, quamvis sit

fit incestus ob cognationem spiritualem, tamen Berta hoc non obstante potest à Titio petere debitum, quia non impeditur per cognationem spiritualem, quæ non extenditur, nisi ad personas in Jure expressas, adeoque Berta non ideo contraxit cognationem spiritualem cum Titio marito suo. Neque hic contracta est affinitas cum Titio, hæc enim tantum oritur ex copula cum sanguine juncto, seu cum cognato ratione sanguinis, qualis non erat Cajus, qui cum Berta & Titio habebat tantum cognationem spiritua-

lem.
 §. 4. Pontius l. 7. c. 40. n. 13. putavit non incurri hoc impedimentum, si quis cum ignorantia facti teneat aliquem, v. g. si filium suæ concubinæ, nesciens hunc esse: sed oppositum videtur certum cum *Avers.* q. 16. f. 2. ubi sibi contrarius est; ignorantia enim vel error hic non excusant, maximè cum illud statuatur non velut pœna, sed tantum veluti impedimentum canonicum, quale est etiam affinitas ex copula fornicaria, uti dicitur postea.

§. 5. Docent *Tol. Henriq. Suar. Cõm. Sanct. Bonac.* aliique AA. gravissimi, quos citat, & sequitur *Pignat. tom. 1. consult. 10. non confirmatum non contrahere cognationem spiritualem*, dicitque à *S. Congreg.* in his terminis declaratum esse 13. Jun. 1654. sed quamdiu non constat de ea declaratione, manet valde probabile oppositum, nam ita docent AA. relati à *Sanct. l. 7. d. 60. n. 21.* aliique cum *Avers.* quem retuli l. 6. p. 1. num. 400. videri potest etiam *Gob. tr. 9. à n. 169.*

§. 6. Contrahit hoc impedimentum laicus baptizans etiam privatim & in necessitate, quia etiam hic intervenit vera regeneratio per Bapti-

smum, propter quam Ecclesia hoc impedimentum statuit inter baptizantem & baptizatum, *Sanch. Laym. Krim. n. 1098.* An autem contrahat patrinus assistens Baptismo non solenni, aut solis ceremoniis, aut Baptismo sub conditione repetito, dixi l. 6. p. 1. n. 361., ubi à n. 359. pluribus dixi, quid requiratur ad contrahendam hanc cognationem.

601. §. 7. Cognatio spiritualis superveniens Matrimonio impedit ejus usum, secundum dicta à n. 387. Illum tamen non impedit superveniens cognatio legalis, hinc quamvis Titius adulterans cum sorore uxoris suæ impediatur à petitione debiti, non tamen impeditur, si sororem uxoris suæ adoptet, quia hoc nullo Jure statuitur, *Sanch. l. 7. d. 63. n. 19. Krim. n. 1238.* An autem pater in necessitate baptizans vel assistens suæ, aut uxoris proli contrahat cognationem & impediatur à petitione vel redditione debiti, dixi à n. 385. & videri etiam possunt dicta l. 6. p. 1. n. 358.

602. Q. 82. Quid circa cognationem carnalem seu consanguinitatem sit addendum. R. §. 1. Ante omnia intelligi debet significatio nominum hic; ad quod servare poterunt sequentia ex *Lohner p. 4. in Instruct. Pastor. pag. 198.*

Nomina consanguinitatis.

Cognatus. Better : Blutsverwandt. Parent.
Cousin.

Cognata. Baaf. Cousine. (pere.

Paterna linea. Vatter's-Geschlecht. Ligne du

Materna linea. Mutter-Geschlecht. Ligne de
la mere.

Pater.

Pater. Vatter. Pere.
 Mater. Mutter. Mere.
 Liberi. Kinder. Enfans:
 Filius. Sohn. Fils.
 Filia. Tochter. Fille.
 Frater. Bruder. Frere.
 Frater ex patre. Bruder vom Vatter. Demy-
 frere du côté du pere.
 Frater uterinus. Bruder von der Mutter. Fre-
 re uterin.
 Germanus frater. Leiblicher Bruder. Frere
 Germain.
 Soror. Schwester. Sœur.
 Gemini. Zwilling. Freres Gemeaux.
 Avus. Aherr. Großvatter. Ayeul: Grand-Pere.
 Avus paternus. Des Vatters Vatter. Ayeul
 Paternel.
 Avus maternus. Der Mutter Vatter. Ayeul
 Maternel.
 Avia. Anfraw: Großmutter. Ayeule: Grand'-
 Mere.
 Proavus. Uranherr. Bisayeul.
 Proavia. Uranfraw. Bisayeule.
 Abavus. Uransvatter. Trifayeul.
 Abavia. Uransmutter. Trifayeule.
 Atavus. Urans-ahn. Le Pere du trifayeul.
 Tritavus. Urans-Bran. Le grand pere du tri-
 fayeul.
 Nepos. Enckel: Kinds-Kinder. Petit fils.
 Nepos ex filio. Sohns-Sohn. Petit fils: fils
 de mon fils.
 Nepos ex filia. Tochter-Sohn. Petit fils: fils
 de ma fille.

Bb 5

Nepris

II
 O I
 mor.
 audii
 Croix
 VIII

Neptis ex filio. Sohns Tochter. Fille de mon
fils.

Neptis ex filia. Tochter Tochter. Fille de ma
fille.

Pronepos. Enckels Sohn. Fils du petit fils.

Proneptis. Enckels Tochter. Fille de la petite
fille.

Abnepos. Enckel des Enckels. Petit fils du pe-
tit fils.

Abneptis. Encklen des Enckels. Petite fille de
la petite fille.

Atnepos. Enckels Urenckel. Arriere fils.

Atneptis. Enckels Urencklen. Arriere fille.

Patruus: Frater patris. Vatters Bruder. Onclé
Paternel: frere du Pere.

Patruus magnus: Frater avi. Anherrens Bru-
der. Grand onclé Paternel: frere du grand
pere.

Propatruus: frater proavi. Uransherrens
Bruder. Arriere onclé: frere du bisayeul.

Avunculus: frater matris. Mutter Bruder.
Onclé maternel: frere de la mere.

Avunculus magnus: frater avi materni. Ur-
fratrens Bruder. Grand onclé maternel:
frere du grand pere maternel.

Proavunculus: frater proavi materni. Ur-
fratren Bruder. Arriere onclé maternel:
frere du bisayeul maternel.

Amita. Vatters Schwester. Tante: sœur du
Pere.

Amita magna. Anherrn Schwester. Grande
Tante: sœur du grand pere ou de la grand-
mere paternelle.

Pro-mita. Uranherz Schwester. Arriere tante: sœur du bisayeul ou de la bisayeule paternelle.

Matertera. Mutter Schwester. Tante : sœur de la mere.

Matertera magna. Anfravens Schwester. Grande tante: sœur du grand pere ou de la grand-mere maternelle.

Pro-matertera. Uranherin Schwester. Arriere tante: sœur du bisayeul ou de la bisayeule maternelle.

Nepos ex fratre. Bruders Sohn. Neveu : fils du frere.

Nepos ex sorore. Schwester Sohn. Neveu: fils de la sœur.

Neptis ex fratre. Bruders Tochter. Nièce : fille du frere.

Neptis ex sorore. Schwester Tochter. Nièce : fille de la sœur.

Patruales. Zweyer Brüder Kinder. Cousins ou cousines germanes: enfans de deux freres.

Consobrini, consobrinx. Zweyer Schwester Kinder: Geschwestert Kinder. Cousins ou cousines germanes: enfans de deux sœurs.

Amitini. Bruders und Schwester Kinder. Enfans du frere & de la sœur.

Sobrini. Geschwestert Encklen. Neveux de deux sœurs.

Denique notandum est, quod in Jure illi dicantur agnati, qui ab aliquo descendunt per lineam masculinam, illi autem cognati, qui per femininam, quamvis quandoque nomen cognati tanquam genus sumatur ad utrosque.

§. 2.

603. §. 2. Quia hinc loquemur de consanguinitate ejusque lineis, gradibus stipite &c. notandum est, quid his terminis significetur. *Consanguinitas* est conjunctio personarum ex eo procedens, quia una descendit ab altera, vel ambæ ab eadem: dicitur autem consanguinitas, quasi conjuncti sanguinis unitas. *Linea* consanguinitatis est collectio personarum ab eodem stipite descendendum continens & distinguens gradus inter eas: series autem illa sive ordo personarum ex eodem stipite descendendum dici solet arbor consanguinitatis. *Gradus lineæ* est distantia unius personæ ab altera intra eandem lineam, & dicitur gradus, quia ita progredimur de proximo ad proximum. *Stipes* dicitur illa persona, à qua ceteræ, de quarum cognatione quæritur, descendunt, ideòque dicitur communis stipes, quia illi, de quibus quæritur, habent eum, velut communem truncum, à quo ipsi veluti rami procedunt, & in quo primò conveniunt, si eorum originem inquiramus, sic pater est stipes respectu fratris mei, sororis meæ, & mei; avus est stipes respectu mei & patris mei, quia nullus est proximior, quàm avus, à quo uterque nostrum descendat, quamvis enim ego proximius descendam à patre meo, tamen patruus meus non descendit à patre meo, neque ab ullo alio proximius, quàm ab avo meo. Similiter proavus est stipes respectu mei & avi mei, quia est primus, à quo etiam uterque nostrum descendit.

604. §. 3. *Linea* est vel recta vel transversa. *Linea recta* est, in qua soli illi collocantur, quorum unus est principium alterius, sive, quorum unus est ab altero generatus, sive sint ascendentes, sive descendentes. Dicitur autem linea ascendens

tum, si ab inferioribus incipiat versus superiores, v. g. à filio ad patrem, avum, proavum, abavum. E contra si à majoribus respiciatur ad inferiores, dicitur linea descendentium, v. g. à patre ad filium, nepotem, pronepotem, abnepotem. *Linea transversa*, quæ etiam collateralis appellatur, est illa, in qua tales collocantur, qui licet descendant ab eodem communi stipite, v. g. ab eodem patre, unus tamen non descendit ab altero, sicut duo fratres, vel frater & soror ab eodem patre, patruus & ego ab eodem avo, ita tamen ut inter nos unus non descendat ab altero, quia neuter generavit alterum: hæc linea transversa dividitur in æqualem & inæqualem, æqualis tum est, si personæ à se mutuò non descendentes æqualiter, id est, cum eodem numero graduum distent à communi stipite, v. g. ego, frater & soror mea æqualiter distamus à patre. Tum est *inæqualis*, quando personæ à se non descendentes distant inæqualiter, id est, cum inæquali numero graduum ab eodem stipite, v. g. ego & patruus meus respectu avi mei, nam patruus ab eo distat uno gradu, cum sit ejus filius; ego duobus, cum sim nepos.

§. 4. Propinquitatis & distantia graduum re- 605.
ducitur ad has tres regulas,

Regula 1. Tot sunt gradus in linea recta tam ascendente quàm descendente, quot sunt personæ, unâ demptâ: Alii sic ponunt regulam; positi in linea recta tot gradibus à se invicem distant, quot intercedunt generationes activæ, v. g. nepos tuus distat ab avo tuo quatuor gradibus, quia in primis si ascendendo incipias numerare personas à tuo nepote usque ad avum tuum, invenies quinque, nempe nepotem tuum, filium

filium tuum, te, patrem tuum, avum tuum; itaque unam tollas, & remanent quatuor, sicque erunt quatuor gradus: præterea quatuor sunt generationes activæ ab avo tuo usque ad nepotem tuum, scilicet illa, quâ avus tuus generavit patrem tuum; deinde altera, quâ pater tuus te generavit; 3tia est, quâ tu generasti filium tuum; quartâ denique, quâ filius tuus generavit filium suum, qui est nepos tuus, consequenter tuus nepos est in quarto gradu consanguineus cum tuo avo, nam respectu avi tui est abnepos.

Regula 2da. In linea transversâ æquali, tot gradibus distant personæ inter se comparatæ, quot gradibus singuli distant à communi stipite, v. g. ego, frater & soror mea, singuli à communi stipite, qui est pater, distamus uno gradu, ideoque inter nos sumus consanguinei in primo gradu. Item, ego & patruelis meus, id est, filius patru mei à communi stipite, qui est avus noster, distamus duobus gradibus, ideoque inter nos etiam distamus duobus gradibus, & sumus consanguinei in secundo gradu æquali.

Regula 3tia. In linea transversâ inæquali tot gradibus distant personæ inter se comparatæ, quot gradibus distat à communi stipite persona illa, quæ est remotior, v. g. patruus meus distat ab avo meo uno gradu, ego autem disto ab eodem avo meo duobus gradibus, hinc ego etiam duobus gradibus disto à patruo meo, sive disto primo gradu in secundum, uti habet stylus in curia Romana, ideoque cum illo sum consanguineus in secundo gradu inæquali, sive in gradu primo secundo. Pro claritate pono singulas lineas, quas, qui leget in *Lohner*, caute usurpet

usurpet & corrigat, quia ibi multi sunt errores in numeris à typographo malè notatis.

606.

Linea recta consanguinitatis.

Titius est

{	Cum abavo suo in 4.	}	Ascendentes.
	cum proavo in 3.		
	cum avo in 2.		
	cum Patre in 1.		
{	Cum filio in 1.	}	Descendentes.
	cum nepote in 2.		
	cum pronepote in 3.		
	cum abnepote in 4.		

Linea transversa equalis.

Titius est

{	cum amitino suo in 2.	}	cum horum liberis in 3. Nepotibus in 4.
	cum consobrino in 2.		
	cum patruale in 2.		
{	cum fratre suo in 1.	}	cum hujus liberis in 2. Nepotibus in 3. Pronep. in 4.
	cum sorore in 1.		
{	cum patruale in 2.	}	cum harum liberis in 3. Nepot. in 4.
	cum consobrino in 2.		
	cum amitina in 2.		

Linea

II
O
mor.
audii
CROIX
VIII

Linea transversa inæqualis ratione patris.

Cum Propatruo ejusque liberis nepotibus & pronepotibus in 4.

cum patruo magno ejus liberis & nepotibus in 3. cum pronepotibus in 4.

cum patruo in 2. cum liberis patrum in 2. cum nepot. in 3. cum pronepot. in 4.

cum amita in 2. cum liberis amita in 2. cum nepot. in 3. pronepot. in 4.

cum amita magna hujus liberis & nepotibus in 3. cum pronepotibus in 4.

cum proamita ejusque liberis nepotibus & pronepotibus in 4.

Trius est

Linea transversa inæqualis ratione matris.

Cum proavunculo ejusque liberis &c. in 4. cum avunculo magno, ejus liberis & nepotibus in 3. cum pronepotibus in 4.

cum avunculo, in 2. cum his liberis in 2. cum nepotibus in 3. cum pronepotibus in 4.

cum matertera in 2. cum hujus liberis in 2. cum nepotibus in 3. cum pronepotibus in 4.

cum matertera magna, ejus liberis & nepotibus in 3. cum ejus pronepotibus in 4.

cum promatertera, ejus liberis, nepotibus & pronepotibus in 4.

Trius est.

Nota. In his lineis transversis quoad descendentes non semper est linea inæqualis: quinam autem sint in linea æquali, facile colligitur ex antedictis & prioribus tabulis.

Linea

Linea transversa inæqualis ratione fratris & sororis.

Cum Cajo fratris sui pronepote in 4.
 cum fratris nepote in 3. cum hujus liberis in 4.
 cum fratris liberis in 2. cum horum liberis in 3. cum nepotibus in 4.
 cum sororis liberis in 2. cum horum liberis in 3. cum nepotibus in 4.
 cum sororis nepote in 3. cum hujus liberis in 4.
 cum sororis pronepote in 4.

Q. 83. *Quomodo practicè sit agendum, quando dicitur, quod cognatio intercedat inter sponfos. R. Quamvis Parochus vel Confessarius non debeat se veluti Judicem statuere in causis matrimonialibus, tamen potest veluti amicus & consultor interrogare, cur putetur adesse impedimentum, vel unde sit dubium: ut autem veritatem comperiat, practicè sic procedat: scribat in parte inferiore chartæ nomen sponsi ad sinistrum latus, ad dextrum, nomen sponsæ, supra sponsum describat ordine semper ascendendo à proximioribus nomina illorum sponsi cognatorum, qui ex hac parte dicuntur dedisse causam cognationis; similiter scribat in altero latere nomina eorum, qui ex parte sponsæ dicuntur dedisse causam cognationis, nec cesset à descriptione, donec perveniat ad communem stipitem, è quo sponsus & sponsa sint mediaturè generati: si non reperitur talis stipes, tum certum est nullam adesse cognationem, sed fortè erit affinitas, de quâ postea, si verò perveniatur ad communem stipitem, consideret, in qua linea sint sponsi, an in recta vel transversa, æquali vel inæquali, &*

Tom. VIII.

Cc

appli

mor.
 audii
 Croix
 VIII

applicet regulas, uti supra. Quòd si inveniatur esse intra quatuor gradus, erit impedimentum, si ultra quatuor gradus, dicat nullum esse impedimentum, ita *Gob. tr. 9. n. 165.*

608. Q. 84. Quid præterea sit notandum circa impedimentum consanguinitatis. *R. §. 1.* Non omnes consanguinitatis gradus dirimere Jure naturæ, certum videtur ex dicendis n. 828. Ecclesia enim in aliquibus dispensat. Attamen docent *Scot. s. Anton. Palud. Dur. Abb. Bellarm. Vasq. Cón. Hurt. Merat. & alii*, omnes gradus in linea recta usque in infinitum dirimere Jure naturæ, ideòque si Adam viveret, non posse jam cum ulla fœmina à se descendente inire Matrimonium, & ita expressè assertitur *L. Nuptiæ, ff. De ritu nupt.* Rationem dant, quia semper dicuntur parentes & filii, genitores & geniti, principia & principiat, ita ut superiores respiciant inferiores tanquam aliquid sui, ergo natura semper exigit specialem reverentiam ad invicem, ergo prohibet inter eos copulam conjugalem, quæ videtur supponere copulandos esse naturâ pares & extraneos invicem. Contradicunt *S. Tb. Caj. Viñt. Ledesm. Sanch. Pont. Covarr. Sot. Valent. Fagund. Perez, Bonac. alii* que cum *Avers. q. 16. f. 1. & Krim. à n. 1190. & à n. 1199.* dicuntque solum primum gradum esse de Jure naturæ, nam imprimis quò major est distantia, eò minor debetur reverentia, natura enim dicitur majorem deberi reverentiam patri quàm tritavo, & consequenter copulam patris cum filia debere magis esse contra naturam, quàm patris cum abnepte; & rationem à priori dat *Pignat. t. 7. c. 22. n. 45.* quia peculiaris affectio erga consanguineos nascitur ex virtute superiorum traducta ad inferiores cum similitu-

dine complexionis, morum, lineamentorum, hæc autem similitudo paulatim diminuitur & tandem evanescit, ergo saltem in remotissimis gradibus censetur quasi moraliter cessare omnis illa similitudo, & consequenter abhorrescentia naturæ. Deinde Canones nunc absolutè dicunt consanguinitatem ultra 4tum gradum non dirimere; sic enim Cap. *Non debet*, De consang. dicitur: *prohibitio copulæ conjugalis 4tum consanguinitatis & affinitatis gradum non excedat*, nec distinguunt, an in linea recta, vel transversa, ergo nec nos debemus distinguere; cur autem nunc restrinxerint ad 4tum gradum, cum antehac extenderetur ad septimum, ratio hæc est, quia nunc ætas hominum est brevior, nec multi vivunt quintam generationem suorum descendentium. Ad rationem oppositam R. solum patrem dici per se principium filii, progenitores autem dicuntur tantum principia per accidens, quia ad rationem filii sufficit habere patrem, quamvis hic pater non haberet progenitores, ut patet in Abel respectu Adami, ergo meritò debetur patri alia reverentia, quàm aliis progenitoribus.

§. 2. Quamvis concederemus Matrimonium 609.
in 5to gradu lineæ rectæ esse Jure naturæ illicitum, non ideo esset Jure naturæ irritum, nam Jure naturæ illicitum est Matrimonium contra fidem datam alteri sponsæ, vel contra fidem Deo datam de castitate servanda, & tamen ejusmodi Matrimonia non sunt Jure naturæ irrita, *Sanch. l. 2. d. 51. & alii.*

§. 3. Si solus pater & filia superesset, secundum *Sanch. l. 7. d. 51. n. 10. & alios*, indecentia Matrimonii inter eos videtur honestanda per
Cc 2 ex-

II.
O. I.
mor.
quidii
CROIX
VIII

extremam necessitatem propagandi genus humanum, adeoque videretur Deus tum quasi dispensare. Quamvis alii cum *Avers.* q. 16. f. 1. putent, pro tali casu judicandum fore, quod Deus vellet finem humanæ generationis, nisi aliter provideat. Saltem docet *Pign.* tom. 7. consult. 22. n. 1. Deum absolutè posse etiam pro primo gradu dispensare.

611. §. 4. *Sor. Vasq. Bellarm. Valent. Ledesm. Bonac. Henriq. Perez, Sanch.* d. 52. n. 11. putant Matrimonium in 1. gradu lineæ transversæ, nempe fratris cum sorore, esse Jure naturæ irritum, nam Ecclesia, quamvis rogata, nunquam dispensare voluit. Contradicunt *Alens. Scor. Caj. Hurt. Dian.* p. 4. t. 4. R. 93. *Pont.* l. 7. d. 32. n. 3. *Castrop.* d. 4. p. 7. *Avers.* supra; aliàs Matrimonium non fuisset licitum inter proles Adami, & Deus debuisset aliter providere propagationi humanæ; hinc putant esse Juris positivi, divini, & ecclesiastici.

612. §. 5. Si infideles contraxerint in gradu per Ecclesiam prohibito, & postea baptizentur, non ideo separari possunt, *Cap. De infidelibus 4.* De consang. & affin. nam non erant subjecti Ecclesiæ, dum contraxerunt, ergo etiam non tenebantur ejus impedimento. *Nec obstat*, quod infidelis conversus, si sit bigamus, sit irregularis, quod etiam à statuto Ecclesiæ provenit, nam, quod sit bigamus, est ex natura rei, sive sit fidelis, sive infidelis, quod autem bigamus prohibetur suscipere Ordines &c. hoc solum est à statuto Ecclesiæ.

613. Q. 85. Si Titius & Berta sint consanguinei in gradu mixto ex quinto & quarto, an sint impediri. Ratio dubitandi est, quia reipsa contingunt se in 4. gradu,

du, hinc qui in 4. & 3. se contingunt, debent explicare etiam tertium, ut in hoc etiam specialiter dispensetur, ergo similiter hinc. R. non esse impeditos, uti expressè habetur Cap. fin. *Vir qui*. De consanguinitate; nisi alicubi fuisset hætenus contraria consuetudo, propter quam aliud decernitur, ibid. Cap. 3. *Si dilectio*, quod pro isto tantum loco dicitur, ut ne fieret novitas in populo isto: Hinc *Sanch.* l. 7. d. 53. n. 5. & *Avers.* q. 16. f. 1. docent cum communissima, tales posse contrahere, quamvis ex una parte attingeretur etiam primus gradus. Ratio est, quia licet Titius sit in primo gradu v. g. cum Cajo, & Berta sit in 5. gradu cum eodem Cajo, tamen Berta non est cum Cajo conjuncta in ullo gradu impediante, cum ultra 4. gradum non extendat se impedimentum, ergo Titius & Berta etiam inter se non sunt in ullo gradu impediante, nam gradus contingentie inter se debet desumi per respectum contingentie ad stipitem, qui est Cajo; hinc ad rationem oppositam patet responsio, nam etiam ratione 4. gradus oritur impedimentum, ergo non est mirum, quod illius debeat fieri mentio: hic autem ostensum est ratione 5. gradus nullum oriri impedimentum.

Q. 86. *Quid addendum sit circa impedimentum* 614. *criminis. R. §. 1.* Univerſim poſſet impedimentum criminis distingui quadruplex; 1. Machinatio concurrente utraque parte cum intentione Matrimonii cum conjugate superſtite. 2. Machinatio unius tantum partis ex intentione Matrimonii, & adulterium absque alio contractu vel promissione Matrimonii. 3. Adulterium cum contractu vel promissione Matrimonii. 4. Raptus, de quo à n. 630.

Cc 3

§. 1.

615. §. 2. Per machinationem hic intelligitur crimen homicidii, id est, non solus conatus occidendi, sed occisio conjugis; Cap. *Si quis vivente*, 31. q. 1. Debétque mors sequi ex actione occidentis, & non ex culpa Medici, vel negligentia morientis, *Pont. l. 7. c. 45. n. 4. Mastr. n. 104.* Perinde autem est, sive sit occisio uxoris procurata à viro, sive viri procurata ab uxore, uti certum est ex communissima cum *Sanch. l. 7. d. 78. Avers. q. 18. f. 4.* contra *Victor. & Ledesm.* Et censetur machinatio, si vir uxorem deprehensam in adulterio occidat ex consilio seu intentione contrahendi cum alia, quia quamvis leges civiles factum illud non puniant, tamen canonice detestantur, nec excipiunt, dum constituunt hoc impedimentum, *Avers. & alii contra Henric. Rebell. Bonac.*

616. §. 3. *Avers. & Mastr.* supra putant utrumque oriri impedimentum, si unus etiam inscio altero machinatus sit, nam per Cap. *Si quis vivente*, hic machinator ligatur eo impedimento, ergo etiam alter, cum quo intendebat contrahere, quia hoc ipso, quod unus impediatur, etiam impeditur alter. Oppositum tenet communis cum *Busenb.* in quam fatetur *Mastr.* etiam magis propendere *Scotum.* Ratio est, quia ita videtur statui Cap. *Super hoc*, De eo, qui duxit, nam dicitur non posse ducere, si adultera est in mortem uxoris aliquid machinata, sive fidem dederit sive non, quod ea defuncta hanc esset ducturus: putantque *Pont. Hurt. & Krim. n. 1003.* probabiliter, nequidem à machinante incurri, si exterius non manifestarit intentionem Matrimonii. Attamen contradicit *Castrop. d. 4. pu. 12. n. 5.* quia quamvis Ecclesia non puniat actus merè internos, tamen punit
exter-

externos ex hac vel illa intentione factos, nam excommunicat Inquisitorem, qui reis facit injuriam ex odio vel amore, *Clement. I. §. Verum quia*, De hæret.

§. 4. Si Cajus maritus præmissis adulterio 617. cum Berta machinatus sit mortem suæ uxoris, primariò quia oderat, secundariò, ut cum Berta iniret Matrimonium, oritur impedimentum, quia machinati sunt animo contrahendi. Jura autem non exprimunt debere esse primariam intentionem, *Less. in auct. v. Matr. cas. 10.* Quod valet, etiamsi, cum contraherent, dubitarent, an etiam secundariò habuerint intentionem contrahendi, quia factum scitur, & prudenter præsumitur illa intentio, communiter enim committitur. Si tamen contraxerint bonâ fide, nil suspicantes, & postea dubitatio illa superveniat, quando post adhibitam diligentiam nihil certi comperitur, probabile est non indigere dispensatione, adhuc tamen probabilius censet *Less.* quòd indigeant, quia difficile creditur est, eum animum non adfuisse. Debere autem saltem in uno adfuisse animum ineundi Matrimonium, nec sufficere commune consilium occidendi, videtur certum cum *S. Th. S. Bonav. Avers. supra* & aliis communissimè, quamvis contradicant *Cajet. Arm. Sor.*

§. 5. Si uxor occidat virum ex consilio Matrimonii cum alio, æquè incurritur impedimentum, quia *Can. Si quis, 31. q. 1.* dicitur: *sive vir aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse notetur, &c.* & idem patet ex *Cap. Laudabilem*, De convers. infidel. Ut autem quis dicatur machinatus mortem alterius cum effectu, sufficit, quòd occiderit consilio vel mandato, quia machinatio

II.
O.
mor.
audii
noix
LVIII

proprie significat occultam infidiationem respectu mortis, *Pyrb. Corr. Krim. n. 1001*. Attamen non sufficit ratihabitio patrati homicidii, quia non est causa patrati homicidii, & quando Regula 10. Juris in 6. dicit *ratihabitionem mandato æquiparari*, intelligitur, vel quando effectus pendet tantum à ratihabitione, vel quando Jus ita disponit, *Laym. Castrop. n. 4*. Similiter quamvis Cap. *Cum quis*, De sent. excomm. in 6. dicitur, quod ratihabitio retrahatur, & mandato æquiparetur, etiam ad pœnam excommunicationis, hoc tamen extendi non debet ad alias, & specialiter non ad hanc pœnam contra favorem Matrimonii, *Sanch. Krim. n. 2443*.

619. §. 6. Sive promissio antecedit, sive sequatur post adulterium, causat impedimentum, *Sanch. l. 7. d. 79. n. 3. Lug. in resp. mor. l. 1. dub. 44. n. 2. Gob. tr. 9. n. 199. Krim. n. 1006*. Quod valere dicit *Avers. q. 18. s. 3*, etiam si promissio bonâ fide facta præcessisset. Unde nec opus est, ut eodem tempore fiat adulterium & promissio, quia in omnibus his casibus præbetur ansa captandi mortem conjugis, ad quod cavendum indutum est illud impedimentum. Si tamen promissio tacite vel expressè revocetur ante adulterium, non oritur impedimentum: è contrâ si revocetur prius post adulterium, sive facta sit ante illud sive post, oritur, quia jam causatum erat, *Avers. Gob. n. 195*.

620. §. 7. Si promissio fiat de Matrimonio contrahendo ante mortem alterius conjugis, *Sanch. n. 2*. putat non oriri impedimentum, quia *Can. Relatum*, 31. q. 1. expressè dicitur, promissionem referri ad tempus futurum post mortem alterius conjugis, & ratio Canonis est, quia sic dabatur causa

causa machinanda mortis. Contradicit *Avers.* q. 8. f. 3. sicuti enim dirimit Matrimonium de presenti contractum vivente alio conjugē, uti statim dicitur, ita etiam videtur dirimere promissio ejus de presenti, cum etiam detur causa machinandi mortem, ut tale Matrimonium validari possit.

§. 8. Quamvis Matrimonium, quod de presenti contrahunt hi adulteri, sit invalidum ratione ligaminis, tamen oritur impedimentum criminis, Cap. *Super hoc*, De eo, qui duxit, *Avers. Krm.* à n. 976. Putat quidem *Hurt.* requiri tale Matrimonium, quod aliàs foret validum, nisi adesset hoc ligamen alterius conjugis, adeoque non contrahi impedimentum criminis, si clandestinè contraherent, vel essent affines aut consanguinei, sed *Sanch.* n. 8. probabilius contradicit, quia cum sufficiat promissio Matrimonii pro futuro inter tales, multò magis sufficiat attentatio illius pro presenti, cum hæc attentatio sit veluti illius promissio pro futuro, eò quòd velint Matrimonium esse perpetuum.

§. 9. Si uterque sit conjugatus, *Pont.* l. 7. c. 622, 45. n. 5. & *Hurt.* d. 23, diff. 2. dicunt non esse opus, ut uterque hoc sciat de altero, sed satis esse, quòd uterque sciat se esse conjugatum, quia hoc ipso uterque scit se patrare adulterium. E contra *Navarr. Sanch.* n. 31. *Avers.* probabilius dicunt requiri, ut uterque sciat de Matrimonio saltem unius, nam qui ignorat, non infert injuriam illi Matrimonio ignorato, sed tantum suo proprio, hoc autem impedimentum est inductum propter injuriam, quæ ab utroque fit eidem Matrimonio. Putantque *Sanch.* & *Avers.* excusare hinc ignorantiam etiam vincibilem, quia quando lex

requirit scientiam vel dolum, videtur talis ignorantia excusare: docent tamen sufficere dubium de vita prioris conjugis, si re ipsa vivat, quia hoc dubium in Jure æquiparatur scientia.

623. §. 10. Si fides Matrimonii data est sub priorē Matrimonio, & adulterium sub posteriorē sit commissum, non oritur impedimentum, quia debet eidem Matrimonio & conjugii illata esse utraque injuria, *Sanch. Barb. Krim. n. 992.* Item secundum dicta n. 619. non oritur, si promissio concorditer sit revocata ante adulterium, non tamen si post, *Krim. n. 993. & 1007.* Item non oritur, si non fuerit verè adulterium, uti si postea innotescat, non fuisse verum Matrimonium, *Cap. 2. De eo, qui duxit.* Et idem est, si putaverint vivere alterum conjugem, qui tamen mortuus erat. Est tamen adulterium, quamdiu manet vinculum Matrimonii, etiam rati tantum, etiam si fuerint toro & habitatione separati, *Sanch. Avers. q. 18. f. 3. & 4. Krim. n. 1008.*

624. §. 11. Si fides Matrimonii data sit ante, sed adulterium sit commissum post notitiam conjugii, *Krim. n. 983.* putat non incurri impedimentum, quia dispositio illa pœnalis videtur requirere, ut tam promissio, quam adulterium sit formalis injuria respectu alterius conjugis; sed contradicit *Sanch. à n. 32.* quia solum adulterium censetur hic esse injuriosum, ergo satis erit illud fieri cum notitia conjugii.

625. §. 12. *Henriq. Sa, Bonac. Dian. Laym. Avers. Krim. n. 990.* dicunt promissionem debere esse factam serio animo, aliàs non est propriè promissio, & nomine promittentis, in quem fertur hæc pœna, non videtur venire, nisi verus promittens, sicuti etiam fictè rebaptizantes non incurrun-

irregu
incurr
tenent
& dicit
do par
am, q
innoc
probab
menta
§. 1
dum
tur im
Avers. C
larm.
987. E
docen
quia f
adulte
tenet i
Matrim
putam
promi
Avers. C
§. 1
missio
ro, v.
causan
18. f. 3
missio
rante v
ponitu
condit
mortis
obliga
sio no

irregularitatem, fictè profitentes hæresin non incurrunt excommunicationem. Oppositum tenent *Sanch. n. 10. Cón. aliique apud Gob. n. 196.* & dicunt satis esse, si fiat animo ficto, dummodo pars altera non advertat fictionem, quia etiam, quando est fictio, æquè timeri potest vitæ innocentis conjugis. Prima sententia videtur probabilior, quia in positivis non valet argumentatio ex paritate rationis.

§. 13. Quamvis una pars non repromittat, 626. dummodo acceptet promissionem alterius, oritur impedimentum, *Silv. Cón. Sanch. Rebell. Perez, Avers. Castrop. d. 4. pu. 12. n. 12. contra Henriq. Bellarm. Dian. Laym. Burgh. cent. 2. cas. 4. Krim. n. 987.* Et pro acceptance sufficere, quòd taceat, docent *Cón. & Pont.* sed negant *Sanch. Bonac. Avers.* quia si acceptaret, cum abundet amore erga adulterum, non taceret: hæc tamen ratio non tenet in multis adulteris, qui non tam quærunt Matrimonium de futuro, quàm de præsentis copulam. Videtur autem certum, quòd sufficiat promissio simplex, & non requiratur jurata, *Avers. Gob. n. 197.*

§. 14. *Nav. Sanch. & alii* putant sufficere promissionem Matrimonii sub conditione de futuro, v. g. si accipias hæreditatem, quia æquè dat causam captandæ mortis. *Cón. Laym. Dian. Avers. q. 18. f. 3. Gob. n. 198. Krim. n. 991.* requirunt promissionem absolutam, vel quæ fiat absoluta durante vitâ alterius conjugis, quia quamdiu non ponitur conditio, promissio censetur nulla, nec conditionata dat æqualiter causam captandæ mortis, nam si non impleatur conditio, non obligat promissio. Similiter non sufficit promissio non ducendi aliam, quia tantùm significat,

cat, si aliquam ducam, te ducam, per quod nequidem constituerentur sponsalia, Laym. Krim. n. 1009. Quid dicendum sit, si fiat sub conditione contraria substantiæ Matrimonii, impossibili, turpi, colligitur ex dictis à n. 239. Si enim habeatur pro non adjecta, aut censeatur remissa, non suspendit contractum.

628. §. 15. Si crimen machinationis committatur à fidele & infideli, certum est ex Cap. De convers. infidel. fidelem inhabilitari ad Matrimonium cum illo infideli etiam converso. Quod Averf. q. 18. l. 5. contra Sanch. l. 7. d. 78. n. 4. extendit etiam ad crimen adulterii cum promissione Matrimonii, licet homicidium conjugis postea secutum sit sine consilio fidelis. Idemque dicit Averf. contra Sanch. d. 79. n. 43. & Krim. n. 994. si duo infideles adulterium ante, & promissionem Matrimonii post, vel promissionem Matrimonii ante, & adulterium fecerint post Baptismum. Quod etiam tenet Averf. contra Pont. l. 7. c. 45. n. 6. & Krim. si uterque in infidelitate constitutus commiserit crimen machinationis vel adulterii cum promissione Matrimonii, & postea convertantur, quia quamvis Ecclesia non possit tales punire ob præterita delicta in infidelitate commissa, tamen requirere potuit, si fideles fierent ac vellent invicem contrahere, ut non essent Rei talis criminis antecedentis.

629. §. 16. Infert Krim. n. 2458. ut contrahatur hoc impedimentum criminis, requiri seqq. conditiones. 1. ut adsit machinatio mortis alterius conjugis, sive ab alterutro conjugum, sive ab altero facta, effectu, idest, morte secuta. 2. Ut ea machinatio fiat animo inveniendi Matrimonium determinatè inter conjugem superstitem & adul-

E
2Th
PCL
La
Tom

C

adulter
3. Qu
fit adu
fit ma
um, si
fuerit
à vero
rimun
Averf. c
Q.
dendum
erat, u
toret,
fin. De
valere
prius l
fess. 24
cernit S
ipsa in
Matrim
loco tut
fenserit
raptor
rem præ
tus inf
Clerici
terea ra
rit, sive
§.
dinem
monii
eunt c
raptus
§ 42. W
lius ne

adulterum, vel eum, qui simul machinatus est.
 3. Quando unus tantum machinatus est, ut ad-
 fit adulterium, & si desit adulterium, ut uterque
 fit machinatus. 4. Ut ubi requiritur adulteri-
 um, sit formale & perfectum. 5. Ut adulterium
 fuerit verum, idest, commissum cum vero, vel
 à vero alterius conjugē. 6. Crimina ista non di-
 rimunt, nisi respectu complicitis in tali crimine,
Avers. q. 18. f. 4. contra Palatios.

Q. 87. Quid specialiter circa crimen raptus sit ad- 630.
 dendum, &c. §. 1. Cap. Placuit 36. q. 2. statutum
 erat, ut quamvis rapta libertati restituta consen-
 tiret, Matrimonium esset irritum. Postea Cap.
 fin. De raptor. statutum erat, ut Matrimonium
 valeret, si rapta consentiret, quamvis non esset
 prius libertati restituta, sed Jure novo Tridentini
 sess. 24. c. 6. De reform. Matr. sic statuitur. De-
 cernit S. Synodus inter raptorem & raptam, quamdiu
 ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere
 Matrimonium. Quod si rapta à raptore separata, & in
 loco tuto & libero constituta illum in virum habere con-
 senserit, eam raptor in uxorem habeat, & nihilominus
 raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium & favo-
 rem præbentes, sint ipso Jure excommunicati, ac perpe-
 tuo infames, omniumque dignitatum incapaces, & si
 Clerici fuerint, de proprio gradu decendant. Teneatur præ-
 terea raptor mulierem raptam, sive eam uxorem duxe-
 rit, sive non duxerit, decenter arbitrio Judicis dotare.

§. 2. Si puella sit rapta tantum propter libi- 631.
 dinem exercendam & non ex intentione Matri-
 monii, *S4. Bonac. & alii cum Platel. n. 1179.* di-
 eunt oriri impedimentum, quia est proprie
 raptus. *Sanch. l. 7. d. 13. Dian. Avers. Corrad. Gob. n.
 542. Wexp. 5. t. 2. §. 4. n. 43. Kugl. n. 1639.* probabi-
 lius negant, quia *Trid. innuit*, tum tantum esse
 impe-

impedimentum, quando fit causâ Matrimonii, & ideo etiam notat *Gallem.* in declaratione ad eum locum, per *S. Congregationem* decisum esse 23. Jan. 1586. raptos ob aliam causam, quam, ut in uxores ducant, non comprehendi à *Trid.* illis infligente pœnam excommunicationis. Putant tamen aliqui cum *Krim.* n. 511. quamvis rapta tantum fit causâ libidinis, si tamen detineatur causâ Matrimonii, contrahi impedimentum, quia continuatio abductionis videtur esse raptus ex causâ Matrimonii. Imò putant aliqui apud *Krim.* n. 512. si vir uxorem per Matrimonium tantum ratum sibi copulatam rapiat invitam ex fine consummandi Matrimonium, ante expletum primum bimestre, foreraptum sub dispositione *Trid.* contentum, quia impedietur libertas, vel firmandi per copulam, vel per Religionem solvendi Matrimonium: Sed *Krim.* n. 2002. meritò dicit oppositum esse probabilius, quia raptus non habet vim dirimendi Matrimonium prius rite contractum.

632. §. 3. Violentia hîc intelligitur non tantum physica, sed etiam moralis per minas & metum gravem, non tamen per solas preces, blanditias, promissa, *Avers.* q. 12. f. 3. *Gob.* n. 544. Quando nam autem preces importunæ æquivalent metui gravi, dixi l. 3. p. 2. n. 632. & videri possunt etiam hîc dicenda à n. 657. ut autem dicatur raptus, non est satis puellam trahi ab uno conclavi ad aliud, sed necesse est, vi abduci de loco in alium moraliter locum, *Haun. Krim.* n. 513.
633. §. 4. Putat *De Justis* l. 2. c. 18. n. 69. esse raptum, si quis puellam, quæ ad se nolebat venire, vocari faciat per vicinam, in domum vicinæ, ut eam ibi cogat, & hoc videtur conforme *L. un.* §. Et

§. Et si quidem, Cod. De raptu virginum, ubi dicitur, nisi odiosis artibus circumvenierit: sed si puella non vi aut metu, sed tantum tali dolo vel fraude sit vocata, probabilius est non oriri impedimentum, quia re ipsa non est rapta, sed tantum decepta vel seducta, *Sanch. Less. Hurt. Dian. Avers. Platel. n. 1179.* Putat tamen *Krim*, si ita abducta detineatur vi, ut extorqueatur Matrimonium, oriri impedimentum. Sed oppositum tenent alii, quia abfuit omnis raptus.

§. 5. Si quis puellam, non per se sed per alium ⁶³⁴ rapiat, solus mandans rapi incurrit impedimentum, *Avers. Corrad. Platel. Krim. n. 518.*

§. 6. Si puella juvenem raperet, *Sanch. Pont. Bonac. 635. Esob. Dicast. Gob. n. 543. Wex n. 40. Kugl. n. 1646.* dicunt non oriri impedimentum, quia *Trid.* tantum loquitur de raptore, non de raptrice, & leges non solent fieri de casibus rarissimis, qualis hic est. Contradicunt *Henriq. Gut. Avers. Haun. Krim. à n. 521.* tum quia secundum dicta n. 381. quando ratio legis exprimitur, uti hic fit, nempe libertas Matrimonii, lex etiam odiosa pertinet ad casum, cui ratio convenit; tum etiam, quia alii similes Canones loquentes in masculino, etiam intelligunt feminas, sic enim dicitur de impedimento criminis, si vir occidat uxorem, & tamen secundum dicta n. 615. etiam intelligitur, si uxor occidat virum. Item percussor Clerici dicitur excommunicari, & tamen etiam mulier excommunicatur, si percutiat: hinc in simili loquens *S. Cyprianus, De discip. & habit. virg. c. 2.* ait: in masculino simul significatur & femina, ubi nempe eadem pro utrisque est ratio. Utraque sententia est probabilis, sed prima videtur probabilior. Et si usurpetur in praxi, non ideo Sacramen-

mentum exponetur periculo nullitatis, quia cum sit materia Juris, si fortè ea opinio sit falsa, secundum dicta n. 40. 528. 534. Ecclesia tollit illud impedimentum.

636. §. 7. Si illa, quæ rapitur, sit antecederet raptori desponsata, *Henriq. Rebell. Less.* alique cum *Barb.* negant oriri impedimentum, quia cogitur ad hoc, quod facere tenebatur, & ita dicitur cap. 6. *De raptor.*, iste raptor dici non debet, cum habuerit mulieris assensum, & prius eam desponsaverit, quam cognoverit. E contra oriri dicunt *Sanch. Avers.* *Escob.* & alii, quia verum est, quod rapta fiat violentia. *Gob. n. 545.* & alii cum *Krim. nu. 514.* probabilius dicunt incurri in eo tantum casu, quo rapta justam causam habet hinc & nunc non standi fide datâ, & ideo invita raperetur.
637. §. 8. Si illa, quæ rapitur, sit meretrix, *Beckman* putat non incurri impedimentum, quia per raptum videtur intelligi abductio personæ honestæ, sed rectè contradicunt *Sanch.* & alii cum *Krim.* quia *Trid.* non attendit ad qualitatem honestæ, sed voluit esse consultum libertati cuiuscunque mulieris respectu Matrimonii.
638. §. 9. Si puella volens sequatur, sed parentibus, sub quorum potestate est, omnino repugnantibus, *Nav. Tusch. Molin. Henriq. Gutt. Bonat. Zerola* dicunt oriri impedimentum, & consentit *De Luca De Matr. disc. 5.* & ad *Trid. d. 28. pro casu*, quo non præcesserunt sponsalia vel tractatio Matrimonii ineundi, quia secundum *S. Th. 2. 2. q. 154. a. 7. O. quandoque violentia inferitur Patri, sed non virgini, puta cum ipsa consensit, ut ipsa per violentiam de domo patris abstrahatur: qualitercunque enim violentia adsit, salvatur ratio raptus.* Contradicunt probabilius *Sanch. l. 7. d. 13. n. 13. Cón. Tann. Herv.*

Leff. Regin. Krim. n. 514. Avers. supra. Gob. n. 546. Eignat. com. 5. conf. 80. Masfr. n. 108. Kugl. n. 1633. Wex n. 42. quia manet puellæ plena libertas, propter quam inductum est illud impedimentum, nam *Trid.* voluit illud tum cessare, si esset à raptore separata, & in loco tuto & libero constituta, sive restituatur parentibus, sive non: & ideo etiam Cap. penult. De raptor. dicitur: *Iste raptor dici non debet, cum habuerit mulieris assensum, & prius eam desponsaverit, quam cognoverit, licet parentes reclamarent, à quibus eam dicitur rapuisse.* Ex quo patet ad S. Th. qui tantum vult tum quomodocunque puellam rapi parentibus, sed non ideo est raptus præjudicans puellæ libertati, quam *Trid.* ibi volebat salvare, nihil reflectens ad consensum parentum, quibus etiam invitis ipsa ex causis poterat Matrimonium inire, secundum dicta n. 569.

§. 10. Si abiit consentiens, sed postea invita cogatur ad copulam, non est raptus; è contrà manet raptus, si invita abducta est, licet postea consensuat in copulam, quia hinc attenditur initium, *Fill. Krim. n. 515.*

§. 11. Pœnæ, quæ decernuntur à *Trid.* supra, cadunt tantum super illos, qui concurrunt ad actum rapiendi, non autem in Parochum vel testes, qui assistunt Matrimonio raptæ. Et procedunt omnia dicta & pœnæ, licet rapta esset vidua, aliunde impedita ad contrahendum cum raptore &c. *Avers. q. 12. f. 3.*

§. 12. Probabile est impedimentum criminis, quod nunc est, esse à *Trid.* inductum, adeoque per crimina in præcedente & hac quæstione recensita non causabitur impedimentum, ubi *Trid.* non est receptum, *Gob. n. 58.* An sponsalia inter raptorem & raptam sint valida, dixi n. 54.

642. Q. 88. An ista impedimenta criminis incurrantur ab ignorante illa esse tali crimini annexa. R. Negant Palud. Bauc. & alii, quorum sententiam Krimer hic à n. 1011. & iterum l. 5. à n. 729. defendit tanquam absolute probabilem; rationem dant, quia tale impedimentum est proprie poena, sed poena non incurritur ab ignorante eam annexam esse, uti postea dicitur de censuris, ergo. Oppositum tenendum est cum planè communi, Sanch. l. 7. d. 17. n. 9. Hurt. Perez, Cón. Less. Dicast. Avers. q. 11. f. 2. Gob. tr. 9. n. 67. & 190. Spor. n. 233. Burgh. cent. 2. cas. 54. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. c. 5. n. 8. Wiestner De impedim. conjug. p. 2. a. 15. à n. 20. Wex p. 5. tr. 2. controv. 5. Ratio est, tale impedimentum, licet imponatur etiam in poenam delicti, tamen primariò & principaliter est inhabilitas canonica, qualis etiam est affinitas ex copula fornicaria, quæ certò incurritur etiam ab ignorante illam ex tali copula sequi, absentia autem aut remotio talis inhabilitatis est conditio absolute prærequisita ad valorem talis contractus, uti patet in impedimento consanguinitatis &c. 2. Praxis Ecclesiæ est optima legum interpres, sed notorium est, teste Corrad. in praxi dispens. l. 8. c. 9. n. 17. §. Quandoque, quòd Rei talis criminis nunquam permittantur contrahere sine dispensatione, ergo.

643. Q. 89. Quid addendum sit circa impedimentum disparis cultus. R. §. 1. Caj. Vasq. & alii putarunt Matrimonium fidelis cum infideli esse Jure naturali, vel saltem positivo Christi irritum, quia hoc ipso, quòd Christus Matrimonium excoerit ad rationem Sacramenti, & infidelis non fit capax Sacramenti, etiam non erit capax Matrimonii. Sed præter citatos à Busenb. docent plurimi

E
2Th
Pcl
La
Tom

C

rimum cum *Avers.* q. 18. f. 1. *Krim.* l. 4. n. 2155., id tantum esse de Jure ecclesiastico, & quidem potius per consuetudinem, quam legem scriptam introducto. Matrimonium autem inter tales, licet non habeat rationem Sacramenti, attamen habet rationem contractus de se indissolubilis, uti constat ex dictis n. 405. Et pro Matrimonio fidelis cum infideli contrahendo non dispensat Ecclesia, nisi in casu urgentissimæ necessitatis, v. g. si ageretur de conversione alicujus regni. De Matrimoniis infidelium, qui convertuntur, dixi à n. 406.

§. 2. Quamvis invalidum sit Matrimonium baptizati profitentis, v. g. Judaismum cum infideli, tamen Matrimonium fidelis cum baptizato profitente Judaismum est validum, sed ob periculum perversionis illicitum, *Nav. Cón. Krim.* num. 2155.

§. 3. Quamvis Matrimonium fidelis Catholici cum altero fideli acatholico sæpe sit periculosius, quam fidelis cum infideli, ideoque varia Concilia & Authores apud *Avers.* q. 18. f. 2. dicere videantur illa esse irrita, tamen *Rayn.* in *Heter.* tom. 16. f. 1. pu. 14. n. 23. rectè demonstrat oppositum, & pater ex *Cap. Decrevit, De hæreticis* in 6. probatque praxi Ecclesiæ. Sub quibus autem pactis iniri possit, dixi l. 2. à n. 85. Et an ejusmodi contrahentes possint comparere coram prædicante vel Magistratu acatholico, dicam à num. 775.

§. 4. Circa Matrimonia personæ catholicæ cum acatholica pro praxi observanda sunt seqq.

1. Si necdum sit promissum, dissuaderi debet, quia Ecclesia illud prohibet multis locis apud *Aversam*, nempe ob periculum subversionis in

D d 2

per-

persona catholica & in prolibus; turbationis rei
 domesticæ, & observationis festorum, jejuniorum
 &c. Si catholica persona sic admonita, con-
 filiò non acquiescat, sed nihilominus in ista pe-
 ricula se velit immittere, si hic & nunc censean-
 tur esse proxima pericula istorum malorum, ne-
 ganda est absolutio, quia non habet propositum
 vitandi omne mortale. 2. Si sponsalia sint inita,
 rescindantur, hæc enim est causa sufficiens, nec
 satis est, quòd acatholicus spondeat libertatem
 religionis, vel conversionem suam, quia fallax
 est, quod amor extorquet, si non præcedat con-
 versio actualis, postea enim dicet, se contra con-
 scientiam agere non posse, & experientia certa
 frequentissimè docet ita fieri. 3. Si contractum
 sit Matrimonium, prudens Confessarius non
 ideo neget absolutionem dolenti de peccato,
 quod commisit sic contrahendo, & conetur im-
 primis cavere alia pericula perversionis in tali
 persona & prolibus; deinde etiam conjugem al-
 terum adducere ad veram fidem. 4. Docent plu-
 res cum *Avers.* q. 18. f. 2. Parochum & testes pec-
 care, si assistant tali Matrimonio, quando illi-
 citè, id est, sine justis causis contrahitur, quia ex
 officio, Parochi & testes tenentur non coopera-
 ri tali illicitæ actioni: alii dicunt esse materialem
 tantum cooperationem, sicuti si assistatur duo-
 bus hæreticis, secundum dicta l. 2. n. 99. aut eti-
 am catholicis in mortali contrahentibus, pos-
 sent enim se convertendo facere tale Matrimo-
 nium licitum.

647. Q. 90. Quando non dirimat vis & metus. R. Ad
 hoc impedimentum reducitur, quidquid impe-
 dit libertatem Matrimonii: est autem duplex
 libertas ad contrahendum, physica & moralis
 Phy-

Phyficam libertatem impedit necessitas agendi vel non agendi. Moralem impedit vis & metus: quandoque etiam dolus sive deceptio, & de his aliqua sunt addenda.

§. 1. Certum est ad valorem contractus matrimonialis requiri libertatem phyficam agendi & non agendi, hinc perpetuo amentes non habentes lucida intervalla, ebrii, dormientes, nequeunt Matrimonium contrahere; si quis tamen deliret partialiter, sive in quibusdam tantum objectis, sed non in materia Matrimonii, valide contrahit, *Vasq. Sanch. Avers. q. 4. f. 1.* E contra, si quis se inebriarit, etiam ex intentione contrahendi, & in ebrietate contrahat, Matrimonium est irritum, quia deest actualis libertas contrahentis. *Nec obstat*, quod valide contrahatur per procuratorem, quamvis principalis tunc dormiat, vel ebrius sit; nam actualis libertas principalis transfusa est in actualem libertatem procuratoris nomine ejus contrahentis, cujus liber consensus tum existit, cum fit Matrimonium, & moraliter est consensus sui principalis, *Avers. supra.*

§. 2. Quid intelligatur per vim & metum, 648. que impediunt libertatem moralem. Item, quod duplex sit metus, dixi l. 3. p. 2. à n. 630. An autem sponsalia ex vi vel metu inita valeant, dixi à n. 104. Circa Matrimonium ipsum, certum est Ecclesiam velle, ut sit à vi & metu liberum, nam *Trid. sess. 24. c. 9. De Ref. Matr. sic statuit: Cum maxime nefarium sit Matrimonii libertatem violare. & eis injurias nasci, à quibus jura expectantur, precipit S. Synodus omnibus cujuscunque gradus, dignitatis & conditionis existunt, sub anathematis pena, quam ipso facto incurrant, ne quovis modo directe vel in*

directe subditos suos, vel quoscunque alios cogant, quominus libere Matrimonia contrahant. Ubi notat Gallem, ex declaratione Greg. XIII. hac poenâ latæ sententiæ ligari solos dominos temporales & Magistratus, attamen privatos homines ita cogentes peccare mortaliter, & ab Ordinariis posse excommunicari. Addit Delb. De imm. eccles. c. 8. dub. 19. f. 9. Reges & Imperatores etiam ideo peccare mortaliter, uti & parentes, si proles cogant, vel impediunt, attamen non incurrere excommunicationem, cum non nominentur. E contra tamen non obstante voluntate Ecclesiæ, ut Matrimonia sint libera, si ex aliquo Matrimonio oritura essent gravissima scandala, potest Episcopus illud prohibere sub poenis quibuscunque, etiam incarcerando alterutrum, uti habet cum aliis Pignat. tom. 4. consult. 11. An autem aliquid possit Magistratus civilis circa Matrimonia ineunda, insinuatum est à n. 17. & 513.

649. §. 3. Probabilius est, quod metus levis non irritet Matrimonium, uti habet communissima cum S. Th. Less. Avers. f. 4. Krim. à n. 398. Kugler n. 664. contra Covarr. Nav. Tann. Gob. quorum sententiam probabilem censet Sanch. l. 4. d. 17. n. 4. Ratio nostra est, quia notabiliter non minuit libertatem, & facile contemni potuit ac debuit.

650. §. 4. Certum est, quod aliquis metus gravis aliquando irritet Matrimonium, saltem Jure positivo, nam ita habet Jus Canonicum Cap. 14. & 15. De sponsal. & tit. De his, quæ vi metus ve, item Jus civile multis locis, sicque ostendit praxis omnium ubique tribunalium, quæ declarant Matrimonia esse ob metum quandoque invalida. An autem etiam Jure naturæ sint invalida, dicetur à n. 669.

§. 5. Metus ab intrinseco proveniens non invalidat, uti nec incussus à causis naturalibus, sed ut invalidet, debet à causa libera & extrinseca procedere, alioquin dicitur conceptus à metuente, & non incussus, *Sperell. decis. 79. n. 40.* Nec invalidat ab extrinseco justè incussus secundùm dicenda n. 653. E contra injustè incussus etiam ab aliquo tertio invalidat, quia æqualiter reddit contractum involuntarium, secundùm dicta l. 3. p. 2. n. 640. docètque cum communi *Avers. q. 4. f. 2.* & probat ex utroque Jure *Sperell. decis. 75. n. 74.* quod verum est, quamvis sit de malo non tantùm contrahenti, sed etiam aliis propinquè conjunctis inferendo: quod aliqui apud *Avers. f. 3.* extendunt ad consanguineos vel affines, etiam usque ad quartum gradum, imò idem dicunt multi cum *Gob. tr. 9. n. 246.* quamvis ètset de malo eventuro alteri, qui arctissimâ amicitia est conjunctus, quæ enim eveniunt ita conjuncto, censentur ipsi evenire, sed probabilius videtur non impedire, nisi sit de malo proximè conjunctis intentato, non enim ita videtur tangere malum alteri amico, vel remotè consanguineo illatum.

§. 6. Si metus sit injustè incussus, sed non ad extorquendum consensum in Matrimonium, non irritat, secundùm dicta l. 3. p. 2. n. 639. tenètque etiam communis cum *Sperell. decis. 79. n. 41.* quia tum respectivè ad Matrimonium, videtur potius esse ab intrinseco, hinc si Titius ex odio intentet tibi mortem, & tu ob hunc metum mortis spondeas ducere ejus filiam, valebit Matrimonium, quia tu sponte eligis Matrimonium, ut redimas hanc vexam, *Avers. f. 4. Sperell. decis. 8. n. 9.* contra alios. Extendit hoc cum

Dd 4 alius

aliis *Sanch.* l. 4. d. 12. n. 25. ad casum, quo Medicus, qui solus posset mederi, nollet tibi mederi, nisi duceres ejus filiam, quia metus mortis oritur ex morbo ipso: Sed in hoc melius contradicit *Avers.* nam metus ille etiam oritur ex denegatione medicinæ, quæ denegatio tendit ad extorquendum Matrimonium: & similis casus esset, si puellæ extremè indigenti negares eleemosynam, nisi te duceret. Similiter ille indirectè cogit, qui renuit debitum solvere, nisi tale Matrimonium ineat, *Barb. Krim.* n. 504. Item secundùm *De Luca*, ad *Trid.* disc. 26. n. 36. præjudicatur libertati necessariæ Matrimonii per ea omnia, quæ inducunt speciem pœnæ ac privationis ejus, quod aliàs de jure competit.

653. §. 7. Dixi l. 3. p. 2. n. 634. metum justè incussum non invalidare contractum, docentque idem de Matrimonio cum communi *Sperell.* decif. 5. & 6. *Kugler* à n. 685. *Busenb.* dans pro exemplo, ut si deprehenso in crimine cum filia, minoris accusationem, nisi illam ducat: Contra quod videtur facere *Cap. Veniens.* De sponsal. & Matr. nam cum pater puellæ simul in uno lecto inveniens, ipsum eam per verba de præsentis desponsare cõgisset, *Alex. III.* mandat, nisi metu coactus, qui posset in virum constantem cadere, eam desponsaverit, adherere facias, ut uxori, ergo si ex metu gravi inivisset, Matrimonium esset irritum, licet metus ille esset justus. R. Metum illum fuisse injustum, quia pater ille injustè minatus est eum privatâ auctoritate plectere. E contra si tantum minatus fuisset accusare apud Judicem, & ab hoc procurare ejus pœnam, fuisset justè incussum, & non irritâisset Matrimonium, communis cum *Avers.* q. 4. l. 4. Vide *Sperell.* decif. 6.

§. 8. Si Judex secundum allegata & probata 654.
justè, attamen re ipsa injustè, quia testes falsum
deposuerunt, metu gravi adigat aliquem, ut
aliquam ducat, *Sanch. l. 4. d. 14. n. 8.* putat Ma-
trimonium valere; sed oppositum est probabi-
lius, quia extortus est consensus metu re ipsa in-
justo, *Pont. Dian. Avers. suprà.*

§. 9. Sufficit metus mali gravis, sive sit abso- 655.
lutè, sive tantum respectivè grave, æquè enim
tollitur libertas consensus; malum autem abso-
lutè grave dicitur, quod plerique habent pro
gravi, seu valde molesto, uti sunt etiam infam-
ia, verberatio gravis, amissio majoris partis
bonorum, *Less. De just. l. 2. c. 17. n. 35.* Respe-
ctivè grave est, quod est grave solum respectu
apprehensionis, aut conditionis personæ, nam
mulieribus & viris meticulosis valde gravia ac-
cidunt multa, quæ alii cordati contemnerent.
Et sufficere metum esse gravem respectivè ad ta-
lem personam, quamvis non censeretur gravis
respectivè ad aliam personam, tenet cum com-
muni *Sperell. decis. 75. à n. 69. & decis. 79. n. 6.*
& 42. Putantque *Gob. & Illf.* metum etiam im-
prudenter, si ob exoticam imaginationem sub-
jecti censeatur impedire plenam libertatem, ir-
ritare Matrimonium, sed in hoc probabiliter
contradicunt *Côn. & Kugler n. 97.* de tali enim
metu re ipsa vano non habetur in Jure ratio.
Metus autem exhæredationis vel amittendæ
dotis, in casu, quo dos necessaria est ad alimen-
ta, vel ad onera Matrimonii sustinenda, est me-
tus mali absolutè gravis, unde si alteruter metus
à parentibus injustè incutiatur ad extorquen-
dum consensum, Matrimonium sic initum, erit
irritum, *Krim. n. 499.* Quandonam autem me-
tus

tus exheredationis vel amittendæ dotis injustè incutiatur, dixi à n. 571.

656. §. 10. Ut metus dicatur cadere in constantem virum, debet esse, 1. de malo saltem respectivè gravi. 2. Debet prudenter timeri. 3. Metum incutiens debet posse exequi minas. 4. Etiam debet solere illas exequi. 5. Metum patiens debet non facilè posse occurrere malo illi, *Sanch. l. 4. d. 1. à n. 10. aliique communiter cum Sperell. decis. 79. n. 43. Et talem metum irritare Matrimonium etiam pro foro conscientia, videtur certum ex iis, quæ habet Kugler à n. 637.*

657. §. 11. Quamvis multi cum *Sanch. l. 4. d. 6. Avers. q. 4. f. 5. Mastr. n. 36. Sperell. decis. 75. n. 62. Kugler n. 671. probabiliter contradicant, tamen etiam probabile est, quòd metus reverentialis dirimat, secundum Reg. 4. ff. De regulis Juris, velle non creditur, qui obsequitur imperio Patris vel domini: talis enim metus reverentialis communiter censetur æquivalere metui gravi, *Pont. l. 4. c. 5. Tann. Less. Barbos. apud Gob. n. 249. In praxi tamen non est facilè dissolvendum Matrimonium, nisi metus gravis mali accesserit, quia standum est pro valore Matrimonii, ubi non constat esse irritum. Quòd si ad metum reverentialem accesserint minæ, communis sententia est cum Pignat. tom. 7. consult. 77. irritare. Quis autem metus dicatur reverentialis, & quando nam preces importunæ censeantur facere metum reverentialem, dixi l. 3. p. 2. n. 632. Quando nam censeantur facere blanditiæ, dixi ibidem n. 649. & tenendum est cum *Sanch. d. 7. Avers. supra & aliis communiter contra Pontium n. 17. & alios, solas preces & blanditiæ quamvis importunas non irritare Matrimonium. Videntur***

possunt *Sperell.* à n. 62. *Mastr.* n. 38. *Kugler* à num. 670. & à n. 679. ubi agit de importunis precibus & blanditiis.

§. 12. Jure civili, L. *Qui pupillum* ff. de adult. 658. L. *Filius à patre* §. *Si quis eo tempore*, ff. De lib. & posth. L. 1. & seqq. De interdict. Matr. inter pupill; & tut. &c. prohibetur, ne tutor, curator, aut horum filius ducat pupillam, quia præsumi posset coacta metu reverentiali: sed hoc non tenet Jure canonico, quod hic attendi debet, dummodo reipsa abfuerit vis & metus; *Gutt. Menoch.* conf. 1082. n. 15. *Pignat.* tom. 6. conf. 100. n. 6.

§. 13. Si metu gravi cogaris ad unam è tribus filiabus *Caji*, relicta plena libertate eligendi, quam voles ex illis, *Abb. Felin. Inol. Jason* & alii cum *Azor* l. 1. c. 11. q. 11. putant valere Matrimonium, quia manet plena libertas quoad personam: sed probabilius contradicunt alii cum *Dian. Avers.* q. 4. f. 2. & *Busenb.* supra, quia non manet libertas ad substantiam, quod est Matrimonium ipsum de necessitate contrahendum.

§. 14. Si quis ex metu gravi ineat Matrimonium cum impedimento, vel impediante, uti cum voto castitatis, vel etiam cum dirimente, uti cum consanguinitate, si consentiat fictè, peccat venialiter ob mendacium; si autem verè consentiat, quantum est de se, probabile est nullo modo peccare, nam non videtur fieri irreverentia Sacramento, cujus pars nulla ponitur, ipse enim nec ponit ejus materiam, nec formam, neque hic & nunc vult esse ejus Minister: quòd autem inutiliter ineat contractum, quem scit esse & manere invalidum, eum excusat metus gravis, *Valent. Sanch.* l. 4. d. 16. & l. 7. d. 5. *Pont.* l. 4.

I. 4. c. 16. Perez d. 17. f. 12. n. 12. Dicast. Gob. n. 256. Kugler à n. 702. Et idem dicunt Henriq. Palac. Sanch. quamvis adderet juramentum. Nec obstat, quòd hæc propositio, *urgens metus gravis est causa iusta Sacramentorum administrationem simulandi*, uti retuli l. 6. p. 1. à n. 149. nam ibidem n. 162. satis explicavi, quomodo in hoc non fit simulatio formalis circa Sacramentum, sed ad summum materialis circa contractum.

661. §. 15. Metus non præsumitur, èùm sit aliquid facti, sed ab eo probandus est plenè & concludenter, qui se in eo fundat, uti ex Jure & AA. demonstrat Sperell. decis. 79. n. 37. 38. 46. Et conjecturæ quidem, ex quibus concluditur, debent esse propinquæ & immediatæ illi actui, qui geritur, Mascard. Sperell. n. 44.

662. §. 16. Signa, unde sumuntur conjecturæ, quòd intervenerit vis vel metus sunt, 1. pallor vultus & vox submissa, quâ sponsa aliquoties interrogata à Parocho, tandem consensum expressit. 2. Multa festinatio in contrahendo. 3. Antecedens animi aversio & repugnantia nubendi. 4. Protestationes antecedentes de non volendo talem maritum, si postea etiam concurrant aliunde præsumptiones. 5. Si nulli consanguinei illius, qui metum passus est, interverint. 6. Si quali clam & noctu initus sit contractus. 7. Si metum inferens voluerit celari Matrimonium. Potestque videri latè de his disserens Sperell. decis. 5. 72. 79. 94. ubi specialiter decisione 5. examinat, quando nam metus, vel ejus inferendi suspicio irritet Matrimonium. Præterea hic ubique Sperell. admittit regulam istam, quòd ea, quæ non probant singula, simul sumpta probare possint. De conjecturis illati metus

metus etiam aliqua habet *De Luca De Matr.*
disc. 6.

§. 17. Qui ex metu gravi consensit in Matrimo- 663.
nium, non potest habere usum Matrimo-
nii, & si impedire potest, aut sit periculum tur-
pis consensûs, nequidem permittere debet
tactus aut similia, re ipsa enim tale Matrimo-
nium est invalidum, ergo plûs eis non licet,
quàm omnino solutis.

§. 18. Quod gestum est per metum, si causa 664.
metus cesserit, conualefcit per subsequentem rati-
ficationem etiam tacitam tantùm, uti pluribus
declarat *Sperell. decis. 80.* Matrimonium tamen
ex metu initum secundùm communem cum
Sperell. decis. 25. n. 19. non validatur per copu-
lam similiter ex metu factam, aut ex errore, quòd
valeat Matrimonium, aut ex mera libidine, mul-
tò minùs, si fiat cum expresso animo non man-
nendi in Matrimonio. E contra, si copula, aut
alius actus externus, v. g. osculum, postquam
cessavit causa metus fiat cum sincero affectu
conjugali, idest, animo se perpetuò habendi tan-
quam conjuges, cujus signum est, si habens co-
pulam putaverit se licitè agere, probabile est po-
ni consensum sufficientem, nam supponet & vo-
let se esse maritum, quod probabiliter sufficiet
ad validandum illud Matrimonium, quamvis
alii cum *Mastr. n. 40.* putent, copulam de se non
esse signum sufficiens interni consensûs, ideòque
requiri aliud signum ante vel in copulâ expressi-
vum consensûs maritalis, quod omnino tutius
est. Si tamen tales quietè simul vixerint per an-
num & dimidium, semper præsumitur ratum
esse Matrimonium, ita cum aliis *Gob. à n. 261.*
Schild. tr. 6. c. 7. §. 3. Unde saltem, ubi *Trid.* non
est

est receptum, per hoc convalidatur Matrimonium, quòd post nullitatem prioris Matrimonii tanto tempore cohabitârint, aut sponte copulam habuerint, quamvis levi metu extortam, non tamen, si gravi, *Sanch. l. 4. d. 18. & Schild. suprâ. Refert quidem Barbosa in Collectan. Bul- larum. V. Matrimonium. pag. 45. hanc declarationem Congreg. Trid. Matrimonium contractum à filia per metum à matre illatum, est invalidum, ciansi mulier metum passa per multos annos post mortem permanserit cum marito, & filios procreaverit: sed Lugo in Resp. mor. l. 3. dub. 16. n. 45. putat ideo esse, quia Congregario loquebatur de loco, ubi Tridentinum esset receptum, pro quo videbatur censere, quòd iterum requireretur assistentia Parochi & testium. Dixi, postquam cessavit causa metus, nam si causa metus adhuc duret, actus quantumlibet diu secutus præsumitur ex præcedenti metu gestus, nec purgat metum antecedentem, uti ex Jure & AA. probat *Sperell. decis. 25. n. 19. & decis. 80. à n. 7.**

665. §. 19. Si coactus ad contrahendum, etiam ad copulam cogatur metu mortis, *Nav. Silv. Hen- riq. Sanch. Côn. Pont. & alii* dicunt potius debere subire mortem, quàm habere copulam, quia si- cuti Matrimonium ex tali metu contractum est ex dispositione Ecclesiæ invalidum, ita invali- dum manebit, quamvis tali copulâ consumme- tur, peccat autem mortaliter, qui extra Matri- monium validum habet copulam, uti docent omnes. E contrâ *Palud. Sot. Gabr. Covarr. aliique cum Avers. q. 4. f. 6.* probabiliter dicunt, talem posse tum habere consensum validum, & ita ejusmodi copulam coactam reddere licitam, ac consequenter validare tale Matrimonium, du- runt

rum enim esset dicere per positivam dispositionem Ecclesie hominem constitui in casu, ut vel mori debeat, vel peccare mortaliter. Itaque dicunt hi AA. quod pro tali casu Ecclesia permittat, ut metum patiens cedat juri suo, & valide consentiat, si velit; dispositio enim illa facta est in favorem patientis vim, & quod in favorem aliquis conceditur; non est in ejus dispendium retorquendum, Reg. 6. Juris in 6. Hinc infert *Avers.* si quis etiam ab initio, quando cogitur ad contractum, haberet intentionem cedendi juri suo & valide contrahendi, ab initio valiturum Matrimonium, nam vis non potest cogere ad illam intentionem, sed liberè eam haberet, adeoque re ipsa liberè contraheret: quidquid fit de hoc:

§. 20. Si ad consensum metu extortum accesserit juramentum, certum est, quod non ideo cesset juramentum, certum est, quod non ideo firmetur contractus Matrimonii, uti pluribus probat *Sanch.* l. 4. d. 20. n. 12. Et quamvis juramentum possit aliquando contractui invalido, quem non firmat, addere obligationem religionis, uti constat ex dictis l. 3. p. 2. à n. 738. tenetque cum communi *Sanch.* n. 4. tamen juramentum tali coacto contractui Matrimonii adjectum non obligat, nec indiget relaxatione, quia per Cap. 2. De eo, qui duxit, ab initio non tantum tale Matrimonium, sed etiam adjectum juramentum annullatur, *Azor* l. 1. c. 11. q. 13. *Sanch.* à n. 14. *Avers.* q. 4. l. 6. *Sperell.* decis. 25. n. 20. *Magstr.* n. 39. *Kugler* à n. 644. contra *Abb. S. Anton.* *Silv. Rosell. Henriq. Cón. Nec obstat*, Cap. Inter cetera, 22. q. 4. nam ibi tantum dicitur, quod possit ducere eam, quam ita juravit ducere, non autem, quod teneatur. Et quod dictum est de juramento, quod accedit Matrimonio, idem dicit *Sanch.* d.

d. 21. n. 6. de juramento, quod accedit coactæ constitutioni procuratoris ad Matrimonium. Quid autem censendum sit de juramento, si adjiciatur sponsalibus metu extortis, dixi n. 108.

667. §. 21. Docent *Gob.* n. 267. & alii apud *Sperell.* decis. 79. n. 1. per unum testem de visu sufficienter probari adfuisse metum, imò, si fama accedat, per unum de auditu, nam famæ hîc multum tribui tenent AA. apud *Sperell.* decis. 5. n. 64. qui à n. 20. cum communi docet, per duos testes de libero consensu deponentes probari validitatem Matrimonii, qui testes ob Matrimonii favorem possunt etiam esse parentes & consanguinei, *Sanch.* l. 3. d. 4. à n. 5. Notantque *Jun. Abb. Bald.* aliique apud *Sperell.* magis credi duobus testibus de metu incusso, quàm mille de libero consensu deponentibus: & sententia communis est cum *Sperell.* à n. 74. hîc sufficere minorem metum, quàm in aliis contractibus, ideoque etiam sufficere leviores probationes metus, *Sanch.* l. 4. d. 6. n. 1.

668. §. 22. Illum, qui metum injustè incussit & sic inivit Matrimonium, non posse resilire, docent præter citatos à *Busenb. Silv. Navarr. Henric.* & alii cum *Avers.* q. 4. f. 2. quia leges tantum favent injuriam passo, & quidem quòd alios contractus attinet, idem dixi l. 3. p. 2. n. 641. Sed etiam quoad Matrimonium posse alterum quoque suâ autoritate resilire, docent alii cum *Sanch.* l. 4. d. 15. *Laym. Hurt. Perez, Pirh. Spor. Kugler* n. 653. quia Matrimonium est re ipsa nullum, & si teneretur illo irritò stare aut illud validare, esset in pœnam delicti, ad quam prærequiritur sententia Judicis.

An ordinatus sacris ex metu gravi validè contrahat Matrimonium, dixi n. 577.

Q. 91. An Matrimonium ex metu gravi injustè invalidum sit de Jure naturæ, an tantum de Jure positivo nullum. R. S. 1. Esse Jure naturæ nullum, saltem si metus ab altero contrahente sit incussus, docent Scot. S. Bonav. S. Anton. Ledesm. Mol. Barb. Om. d. 3. l. 13. n. 235. Sperell. decis. 6. n. 3. Pont. l. 4. c. 14. Meratius d. 7. l. 8. Tambur. in decal. l. 1. c. 2. §. 5. Krim. n. 434. Busenb. alique multi apud Sanch. l. 4. d. 14. n. 1. & videtur consentire S. Th. in suppl. q. 47. a. 3. in O. nam ait, quod perpetuitati repugnat, Matrimonium tollit, metus autem, qui cadit in constantem virum, perpetuitatem contractus tollit, quia potest repeti restitutio in integrum, & ideo hec coactio tollit Matrimonium. . . . quidam autem dicunt, quod si adsit consensus, quamvis coactus, interius est Matrimonium, quantum ad Deum, sed non quantum ad statum Ecclesiæ, quæ præsumit ibi non fuisse consensus anteriorem propter metum, sed hoc nihil est, quia Ecclesia non debet præsumere de aliquo peccatum, quousque probetur; peccavit autem, si dixit se consentire & non consensisse, unde Ecclesia præsumit eum consensisse, sed judicat consensum illum extortum non esse sufficientem ad faciendum Matrimonium: ubi cum dicatur, Ecclesia judicat, & non dicat, Ecclesia statuit, videtur censere hoc esse de Jure divino vel naturali; cum dicat, metum tollere, quia repugnat perpetuitati, videtur velle, quod tollat de Jure naturæ, quod si repugnet perpetuitati, hoc habet non ex Jure positivo, sed ex naturâ rei. Ratio autem est 1. quia in Jure nullus invenitur textus inducens invaliditatem; nam textus omnes loquuntur de Matrimonio antecedenter inito cum tali metu, de quo dicunt, non valere, uti refert Sanch. suprâ, Tom. VIII.

E e

fi au-

II.
O.
mor.
vidi
noix
LVIII

fi autem ab initio valeat, Ecclesia non potest postea invalidare, sed si invalidat, facit antecederet statuendo ejusmodi consensum non fore legitimum. 2. Ex consensu coacto, si Jure naturæ sufficeret ad Matrimonium, sequerentur gravissima incommoda fini Matrimonii opposita, uti facilis desertio conjugis, minus voluntaria procreatio sobolis, minor amor in conjugem & sobolem. 3. In omni lege naturæ & divina provideri debet, ut resarciatur injuria, alioquin lex naturalis deficeret in necessariis, sed injuria conjugii coacto illata non poterat aliter resarciri per Jus naturæ vel divinum, quam si antecederet irritus fit talis consensus, ergo. *Confirmatur*, quia Jus naturæ non videtur pati, ut pars metum incutiens ex iniquitate sua cum alterius damno irreparabili lucrum habeat. 4. Alioquin inter infideles non subjectos Ecclesie valebit tale Matrimonium coactum. 5. Sponsalia solo Jure humano irrita inducunt impedimentum publicæ honestatis, sed Matrimonium sic coactum non inducit impedimentum publicæ honestatis, uti habet *Sot.* ergo signum est non esse irritum solo Jure humano. 6. Si solo Jure humano esset irritum, firmaretur juramento, uti colligitur ex *Cap. Debitores*, *Cap. Ex rescripto*, *Cap. Cum contingat*, De jurejurando, *Cap. 2. & Cap. Licet*, De jurejurando in 6. sed hoc Matrimonium non firmatur juramento, *Cap. 2. De eo, qui duxit*, & secundum dicta n. 666. ergo.

670. §. 2. Esse solo Jure humano nullum, etiam si ab altero contrahente incutiatur, docent *Darand.* *Sot.* *Henriq.* *Arrag.* *Silv.* *Nav.* *Suar.* *Laym.* *Wieslin.* *Sanch.* l. 4. d. 14. n. 2. *Gonet* d. 4. n. 77. *Avers.* q. 4. c. 2. *Lugo* De just. d. 22. nu. 120. *Kugler* à nu. 624.

1. Quia

1. Quia non est nullum Jure naturæ ratione injuriæ, hæc enim intervenit etiam in metu levi, & est æquè magnum damnum, & obligat ad æqualem restitutionem, neque tamen irritat; deinde similis planè injuriæ intervenit in metu injustè incusso ad alium finem, quàm ad extorquendum consensum, v. g. à latrone, à quo quia timet occidi, spondet Matrimonium, & contrahit cum Titia, ut se liberet, & tamen talis metus non irritat, uti manifestum est. Deinde metus etiam ideo non irritat, quia obstat libertati, nam etiam metus levis quandòque fortius privat plenà libertate, sic enim avarum potest magis impellere & determinare metus amittendæ parvæ pecuniæ, quàm alium metus amittendæ magnæ, vel etiam quàm mancipium metus flagellorum. 2. Metus perpetui carceris homicidæ incussus à Judice, statuente, vel ei dudendam viduam occisi, vel ei manendum in perpetuo carcere, non irritat Matrimonium, cum sit justè incussus: è contrà idem metus incussus injustè ad extorquendum consensum irritat Matrimonium, uti certum est, sed uterque æquè repugnat libertati & fini Matrimonii, & contra utrumque æqualiter valent argumenta adversariorum, ergo signum est oriri ex Jure ecclesiastico statuente personas in uno casu, & non in altero inhabiles ad contrahendum, uti statuit inhabiles, si contrahant clandestinè, non autem, si coram Parocho & testibus. 3. Quamvis Baptismus subjiciat hominem legibus Ecclesiæ, & inducat graves obligationes, tamen valet susceptus ex metu gravi, uti habetur Cap. Majoribus, De Baptismo, & Cap. De Judæis 45. ergo similiter Matrimonium, nisi Ecclesiæ oppositum

II.
O. I.
mor.
vidii
troix
LVIII

& tamen extortum metu gravi obligat, uti ha-
 betur Cap. *Verum*, & Cap. *Si vero*, De jurejuran-
 do, ergo similiter Matrimonium, nisi se inter-
 posuisset Ecclesia. 5. Dolus dans causam con-
 tractibus bonæ fidei illos irritat, L. *Et eleganter*,
 §. 1. ff. *De dolo*, L. 57. t. 5. p. 5. metus autem il-
 las non irritat, uti latè *Sanch.* d. 8. n. 4, dolus ve-
 rò non magis contrariatur libertati consensus,
 quàm metus, ergo quòd dolus irritet, oritur ex
 Jure positivo, ergo etiam quòd metus irritet in
 Matrimonio, oritur ex Jure positivo. Fatendum
 tamen est id à Jure positivo statutum esse ex
 quadam convenientia naturali, quia recta ratio
 suadebat, ut pro contractu tanti momenti esset
 plenior & perfecta libertas. *Respondent* 1. ad tres
 primas rationes: metum levem, & metum in-
 justè incussum non esse metum cadentem in
 constantem virum, sed tantùm cadere in vi-
 rum, vel inconstantem sive timidum, vel perti-
 nacem, quod videtur colligi ex *S. Th.* in supplem.
 supra a. 2. O. ubi dicit, in hoc constantem ab
 inconstanti distingui, quia constans sequitur ra-
 tionem rectam, per quam scit, quid pro quo di-
 mittendum sit vel faciendum, semper autem
 minus malum vel majus bonum eligendum est,
 & ideo constans ad minus malum sustinendum
 cogitur metu majoris mali, non autem cogitur
 ad majus malum, ut vitet minus malum: sed
 inconstans cogitur ad majus malum propter
 metum minoris mali, scilicet ad peccatum pro-
 pter metum corporalis pœnæ, &c. addit, secun-
 dò differunt quantum ad æstimationem pericu-
 li imminentis, quia constans non nisi ex forti æ-
 stimatione & probabili cogitur, sed inconstans

ex levi, hinc ad 1. dicit; constans est intrepidus, non quòd omnino non timeat, sed quia non timet, quæ non oportet, vel nisi quando oportet. *Contra est*, quomodocunque talis metus vocetur, æquè obstat libertati, ac si injustè esset incussus, ergo.

Respondent 2. Si metus justè incutiatur à Judice propter culpam præcedentem, cum hæc culpa fuerit voluntaria, talis metus etiam censetur ipsi antecedenter & in culpa fuisse voluntarius. *Contra est* 1. Si innocens probetur esse nocens, & tum Judex cogat illum, ut vel ducat viduam vel sustineat perpetuos carceres, jam metus ille non est voluntarius in culpa, quia culpa non præcessit, & tamen secundùm multos ex Adversariis non invalidat Matrimonium. 2. Si retractârit culpam, & nihilominus postea ex metu contrahat, metus non ampliùs est voluntarius, & tamen invalidat.

§. 3. Utraque sententia est probabilis & fecunda videtur esse conformior dictis l. 3. p. 2. n. 636. Ad argumenta primæ sententiæ Respondi potest, S. Thomam explicari posse, quòd per Tò Ecclesia judicat, non excludat, quòd ita judicat, ex eo, quia ab initio sit irritum ex ipsius statuto; nam, inquit Gonet n. 88. tantùm affert causam, quæ movit Ecclesiam ad irritanda ejusmodi Matrimonia, quia cum pariant ita perpetuam obligationem, & requirant mutuam amorem, conveniebat esse planè libera. Ad rationem 1. R. : quamvis talis irritatio scripta non sit, tamen habetur traditione, uti illa, quòd Matrimonium fidelis cum infideli sit irritum. Ad 2. violentum simpliciter, quòd sit passo nullo modo concurrente, non potest esse perpetuum, secus violentum

cum secundum quid tantum, quale hic est, postea autem facile commutatur tota voluntas: & quamvis violentum secundum quid etiam repugnet connaturali modo hujus contractus, non repugnat tamen essentiali. *Ad 3.* & ejus *Confirmationem*, non est opus injuriam semper posse resciri in eodem genere, sic enim, si quis metu injusto cogatur Baptismum suscipere, patitur injuriam, quam non est opus resciri annullando Baptismum. Idem est, si quis fide Matrimonii data defloret hanc, & postea ducat aliam: item, si quis ex metu, non ad extorquendum consensum Matrimonii, sed ob alium finem injuste incusso ineat Matrimonium, hæ enim injuriæ non resciriuntur annulatione Matrimoniorum, sed per accidens est tum causari damnum in suo genere irreparabile. *Ad 4. Sor. Henr. Lopez apud Sanch. l. 4. d. 14. n. 3.* dicunt non valere propter Jus gentium irritans: sed probabilius dicunt *Ledesm. & Sanch.* valere illa Matrimonia inter infideles, nisi lege civili sint irrita, sunt enim contractus tantum civiles. *Ad 5.* Si sponsalia sint irrita, & quidem maxime, si ex defectu consensûs, non inducunt impedimentum publicæ honestatis ergo cum Matrimonium metu coactum sit irritum defectu liberi consensûs, secundum hos Auctores etiam non inducit illud impedimentum. *Ad 6.* nego majorem, nam clandestinum est Jure humano irritum, nec firmatur juramento: Et cur coactum non firmetur juramento, nec obligationem pariatur, dictum est n. 666. potestque videri *Sanch. l. 4. d. 20.* Multa quæ hic opponi possent, soluta sunt l. 3. p. 2. à n. 643.

672. Q. 92. Quid addendum sit circa impedimentum li-
 gami-

ganus. Re. §. 1. Illicitum esse Jure divino plures simul uxores habere, dictum est n. 11. Estque probabilius id esse Jure divino naturali, uti pluribus ostendit *Kyger* à n. 1833. ubi solvit objectiones satis difficiles. Matrimonium autem dissolvi per mortem alterius conjugis, dixi n. 418. Esse autem tum licitas secundas, ac etiam plures nuptias, quamvis odiosæ sint, dixi n. 16.

§. 2. Quando quis conjugem habuit, & nunc dubitat, an obiêrit, *Lucius III. Cap. Dominus 2. De secundis nuptiis* ait: *Id vobis respondemus, ut nullus amodo ad secundas nuptias migrare presumat, donec ei constet, quòd ab hac vita migraverit conjux ejus.* Et *Clemens III. Cap. In presentia, De spons. & Matr.* ita statuit: *In presentia quæstivisti, quid agendum sit de mulieribus, quæ viros suos causa captivitatis vel peregrinationis absentes ultra septennium præstolata fuerint, nec certificari possunt de vita vel de morte ipsorum, licet super hoc sollicitudinem adhibuerint diligentem, & pro juvenili ætate seu fragilitate carnis nequeunt continere, petentes alius Matrimonio copulari: respondemus, quòd quancumque annorum numero ita remaneant, viventibus viris suis, non possunt ad aliorum consortium canonicè convolare, nec autoritate Ecclesiæ permittas contrahere, donec certum nuntium recipiant de morte virorum.* Dixi autem n. 308. per *Tò* non possunt, non ideo talem mulierem reddi inhabilem ad contrahendum, sed Matrimonium valet, si prior maritus erat mortuus.

§. 3. Quando hæc certitudo in specie determinari non potest, juxta communem cum *Abb.* ad *Cap. In presentia* n. 6. relinquitur arbitrio prudentum, consideratis circumstantiis. Hinc *Epifania* in append. ad q. de licito usu probabilitatis à n. 181. putat tantum requiri talem certitudi-

dinem, qualis exigi ac reperiri solet in ordina-
 rio rerum humanarum commercio, quia *Glossa*
 ait; ubi tamen verisimiliter praesumitur de mor-
 te, si mulier nubat, excusatur: unde secundum
Esparf. sufficit testimonium fidei humanae ex
 credulitate probabili & discreta: similiter non
 esse necessariam certitudinem moralem, sed suf-
 ficere verisimiliorem praesumptionem, putant
S. Anton. Silv. Nav. Laym. Wagnerech, Gob. tr. 9. n.
292. Similiter *Krimer n. 1832.* & *Kugler à n. 1844.*
 dicunt sufficere magnam probabilitatem, si
 nempe sit major pro morte quam pro vita. *Piajes.*
 in praxi episc. p. 2. c. 4. n. 29. putat sufficere vio-
 lentas praesumptiones: è contra melius contra-
 dicunt *Sor. Angles, Tann. Castrop. Sanch. l. 2. d. 26.*
n. 6. Less. De just. l. 2. c. 10. n. 39. dicens debere
 prudenter ita credi, ut contrarium nullo modo
 videatur probabile, nam cum sit certa possessio
 pro priori Matrimonio, hæc non videtur elidi
 in ordine ad aliud contrahendum, nisi per cer-
 titudinem saltem moralem de morte prioris
 conjugis. Ut verò Judex ecclesiasticus decernat
 licere transitum ad secundas nuptias, requiritur
 adhuc major, nempe indubitata certitudo de
 morte prioris, uti habet communissima, & fa-
 rentur *Laym. l. 5. t. 10. p. 3. c. 3. n. 2. Gob. n. 308.*
 Ratio autem est, quia majus imminet pericu-
 lum scandali & irreverentia Sacramenti, si forte
 prior maritus rediret.

674. §. 4. Ut conjux superstes permittatur inire
 aliud Matrimonium, non sufficit, quod juree
 suum conjugem esse mortuum, & à se sepultum,
 nisi accedant alia adminicula, uti rectè *Gob. n.*
311. Item non sufficit, quod unus conjugum
 dubitans de morte alterius expectarit etiam per
 decem

E
2

Th
PCL
La C
Tom

C

dece[m] annos, & nihil de altero audiêrit, quia Matrimonium certò antea validum manet in possessione, uti antè dictum est, neque debet excludi jus certum alterius conjugis per merum dubium superveniens; atque in hoc à Jure Canonico correctum est Jus civile apud Arcudium l. 7. c. 18. & Aversam supra, quod permittebat in dubio post quadriennium vel quinquennium posse iniri aliud Matrimonium.

§. 5. Si conjuges vixerint semper in bona pace, & unus intra multos annos sæpius perquisitus non compareat, prudenter quidem creditur esse mortuus, nam cum fuerint in bona pace, si viveret, compareret, aut saltem nuncium mitteret. Et quamvis Gob. n. 352. dixerit tum posse iniri novum Matrimonium, tamen postea id meritò revocavit, quia necdum videtur adesse certitudo, quam requirunt Pontifices. Quòd si in bona pace non fuerint, aut non amârint se, cujus signum est, si unus clam deseruerit alterum, quamvis 30. annis abfuerint, non potest præsumi mors alterutrius, quia vita & averfio potest eousque extendi, & sicuti hic conjux vivit, sic potest alter vivere.

§. 6. Ex dictis solvitur sequens casus: Caja 676, 37. annos nata profugit à Titio marito suo; post alios 36. annos de ea nihil rescit, quamvis facta sit diligens inquisitio: *Queritur*, an Titius possit aliam uxorem ducere. Pro affirmativa parte allegat Titius, quia non amplius existere præsumitur, qui factâ diligenti inquisitione nullibi reperitur, *Campeg. De testibus. Reg. 350. n. 10.* sed contrà est, quòd nullum sit positivum argumentum pro morte, cum enim abierit in discordia, nolet redire suâ sponte, nec resciri, ubi sit; itaque

E e s

que

que tota præsumptio pro morte est ex ætate 73. annorum, nihil autem novi est, quòd mulier ætatem illam vivat, nam fortè etiam Titius, qui vivit, ætatem similem attigit. Adde, quòd *Signat. n. 1.* dicat non sufficere, nequidem centum annorum absentiam, quia Pontifex prærequirit certum nuntium de morte alterius conjugis.

677. §. 7. Argumenta è quibus certitudo sufficiens de morte prioris conjugis habetur, sunt varia, nam sufficit 1. liber Parochi, qui inter mortuos aliquem adscripsit, ita enim habet praxis totius Ecclesiæ teste *Avers. q. 14. f. 3. contra Pontium. 2.* Productio testamenti demortui facta ex mandato Judicis. 3. Communis & constans fama, si ad eam accedant alia adminicula, nempe quòd fuerit senex, valde æger, pugnârit in acie &c. *Avers. & alii communiter.* 4. Si ad famam accedat unus testis de visu: semper autem probanda est fama duobus testibus omni exceptione majoribus, qui deponere debent se à fide dignis audivisse, & esse in illo loco publicum, & se credere rem ita se habere. Quòd si conjecturæ probabiles de morte illa non adsint, explicare debent, à quibus personis audiverint, nisi 6. vel 8. testibus fama comprobaretur, uti *Castrop. d. 4. pu. 13. §. 1. n. 8.* habet. 5. Quando locus, in quo esset mortuus, est distans, ex quo difficile est habere probationes, docent *Spor. in Theol. Sacram. p. 4. c. 1. n. 51. & Illf. tr. 6. d. 9. n. 102.* sufficere testem unum oculatum, qui consideratâ qualitate personæ sit fide dignus, & juramento deponat, se vidisse mortuum, aut saltem, inquit *Gob.*, n. 312. exequias vel sepulchrum illius, qui dicebatur fuisse talis, tum enim censetur esse testis de

devisi. Et in hoc casu , si major certitudo vel plenior probatio haberi non possit , secundum Pirh. l. 4. tit. 1. sect. 5. & alios, quos citat, sufficit talis magna præsumptio, quia excludet moralem dubitationem , & faciet probationem moraliter certam , extra tales autem circumstantias non sufficit unus testis , quia Jura dicunt vocem unius esse vocem nullius, Schild. tr. 2. n. 125. Unde quamvis Ab. Hostiens. Angel. & alii absolutè dicant, testimonium unius sufficere, Sanchez. autem Bonac. & alii absolutè negent, tamen Avers. & Castrop. putant sufficere , si adsint aliæ simul conjecturæ, uti dictum est, & major probatio haberi non possit , ac testis ex modo deponendi, aliisque circumstantiis præsumatur certum deponere : è contrà, si horum unum absit, non sufficet.

§. 8. Ex dictis constat requiri majorem certitudinem de morte prioris conjugis , quando agitur de Matrimonio novo contrahendo, quàm quando agitur de permanendo in secundo Matrimonio contracto cum dubio de morte prioris conjugis, in hoc enim casu posse aliquando esse etiam licitum usum hujus secundi Matrimonii, dictum est à n. 308. Quòd si ante secundum Matrimonium deprehendatur adhuc vixisse prior conjux , nunc autem certum sit esse mortuum , Matrimonium manet invalidum, quia quod ab initio non valet , tempore non convalescit, convenit tamen ad scandalum cavendum , & ab educationem prolium , ut ponant novum contractum , sicque valident Matrimonium , Gob. 286. 425. Spor. n. 52. Casus alios practicè resolutos videre poteris apud Gob. à n. 295. & iterum fusè à n. 328.

II.
O.
mor.
vidii
troix
LVIII

679. Q. 93. Quid dicendum sit ad hunc casum, quasi duplicis Matrimonii: Titius diu vixit cum Berta, utens eâ velut uxore, quam & uxorem suam esse sepius juravit coram testibus; non potest tamen ullo testimonio præsentis probare se Matrimonium contraxisse. Bertâ adhuc vivente Titius in facie Ecclesiæ contrahit aliud Matrimonium cum Caja. *Queritur*, quid hic agendum. *R.* Convenienda est conscientia Titii pro foro interno, qui si jam neget valorem primi Matrimonii, standum est pro secundo; Si autem asserat valere primum, nihilominus in foro externo solum secundum Matrimonium cum Caja debet censei validum, quia contra solennem contractum secundum formam Juris initum nullæ valent præsumptiones, quantumvis sint multæ & magnæ. *Barb. Bardi, Gob. tr. 10. n. 430. Krim. n. 477. Less. in auct. v. præscriptio. cas. 7.* citans alios multos, qui dicunt id tenere, quamvis pro Matrimonio cum Berta essent non tantum fama & indicia, quæ faciant vehementem præsumptionem, sed etiam, quamvis esset fama cum uno teste, quæ duo aliâs faciunt plenam probationem, & è contrâ, quamvis pro Matrimonio cum Caja in facie Ecclesiæ contracto essent tantum præter Parochum duo testes. Esse autem obligationem juridicè denunciandi virum, qui scitur vivâ primâ ducere secundam uxorem, docet *Burgh. cent. 2. cas. 23.* quia hoc vergit in contemptum Matrimonii, in damnum Reip. Christianæ, uxoris utriusque & prolium ex utraque gignendarum.

180. Q. 94. Quid addendum sit circa impedimentum publicæ honestatis. *R. S. 1.* Hoc impedimentum est propinquitatis personarum orta ex sponsalibus

E
2Th
Pcle
La C
Tom

C. 11

bus vel Matrimonio rato, vi cuius neuter spon-
 sorum validè contrahit cum consanguineis al-
 terius: unde provenit ex quadam quasi affinita-
 te cum consanguineis sponsi vel sponsæ, etiam
 illegitimis, cum verè descendant ex eodem san-
 guine, *Krim.* n. 194. Appellatur iustitia publicæ
 honestatis, quia videtur iustum & decens, ho-
 nestatique publicæ congruum, ut inter se non
 copulentur Matrimonio, quos hoc impedimen-
 tum afficit. Oritur etiam tum, quando sponsa-
 lia vel Matrimonium initur per procuratores,
 vel per parentes ex consensu sponzorum; atta-
 men non oritur, si sponsalia vel Matrimonium
 sit nullum ex defectu consensûs, uti si alteruter
 fictè tantùm contraxerit, *Rebell. Avers.* q. 17. f. 5.
Gob. tr. 9. n. 368. contra *Sanch. De Justis* l. 2. c. 7.
 à n. 26. & alios.

§. 2. Circa publicam honestatem, quæ ori- 681.
 tur ex sponsalibus, ita statuit *Trid. sess.* 24. De re-
 form. Matr. c. 3. iustitiæ publicæ honestatis impedi-
 mentum, ubi sponsalia quacunque ratione valida non
 erant, *S. Synodus* prorsus tollit: ubi autem valida fue-
 rint, primum gradum non excedant. Et probabilius
 est cum *Rebel. Castrop. Pignat.* tom. 4. conf. 15. n.
 3. *Krimer* n. 204. *Kugler* n. 82. contra *Sanch.* l. 7.
 d. 68. n. 14. *Barb. Pirh.* & alios, Tridentinum intel-
 ligi de sponsalibus etiam occultis & ex occulta
 causa invalidis, cum dicat, quacunque ratione va-
 lida non erunt. Deinde *Pius V.* in Decreto, Ad Ro-
 manum spectat, declarat Decretum Concilii huiusmo-
 di omnino intelligendum esse & procedere in sponsalibus
 de futuro duntaxat, non autem in Matrimonio, sic ut
 presertim contracto, sed in eo durare adhuc impedi-
 mentum in omnibus illis casibus & gradibus, quibus de Jure
 veteri ante prædictum decretum Concilii introductum
 erat:

II.
 O. I.
 mor.
 vidii
 roix
 LVIII

erat : Unde imprimis certum est, quod publica honestas ex Matrimonio rato dirimat inclusive ad quartum gradum, licet oppositum tenuerint aliqui apud *Aversam* f. 4. Dein, cum ex Cap. *Ad audentiam* De sponsal. & ex Cap. un. De sponsal. in 6. colligatur, quod Jure veteri hoc impedimentum oriatur etiam ex Matrimonio rato invalido (præterquam, si invalidum sit ex defectu consensûs) v. g. ex Matrimonio, quod Titius Monachus contraheret cum Caja, inferunt *Avers.* f. 5. *Luca* De Matr. d. 7. n. 8. *Krim.* n. 205. Cajam postea invalidè contracturam cum consanguineo Titii usque ad 4. gradum. Quod plerique contra *Sanch.* apud *Castrop.* d. 4. p. 10. n. 3. extendunt etiam ad Matrimonium clandestinè initum, ubi *Trid.* est receptum, & certum est saltem in sententia eorum, qui dicunt tale Matrimonium habere vim sponsalium, de quo dixi n. 52. Et idem etiam in altera sententia dicunt AA. communiter cum *Pignat.* tom. 4. consult. 15. & tom. 7. c. 78. §. 3.

682. §. 3. Si Cajus prius inerat sponsalia cum Titia, & postea inerat Matrimonium ratum cum Berta matre vel sorore Titia, patet hoc Matrimonium esse invalidum ob publicam honestatem: attamen ex Cap. un. *De sponsalibus* in 6. Cajus teneretur ducere Titiam, hæc enim duo impedimenta non habent vim reciprocam dirimendi, *Laym. Gob.* n. 386. Ex quo inferunt plures cum *Avers.* f. 5. ex Matrimonio rato invalido cum aliqua, non oriri hoc impedimentum, pro speciali casu, quo præcesserunt valida sponsalia cum ejus filia vel sorore: E contra putat *Krimer* n. 200. re ipsa quidem oriri hoc impedimentum, sed ex dispositione illa Ecclesiæ non habere effectum Ju.

E
2Th
PCL
La
Tom

C

Juris, eò quod. Ecclesia nolit ideo impediri Matrimonium cum primâ.

§. 4. *Quamvis Rebell. Barb. Gonz. Pont. Hurt. 683, Dian. Engel citans declarationem, Busenb. hic, aliique apud Gob. à n. 372. Avers. f. 5. Krim. à n. 209. dixerint cessare hoc impedimentum, si sponsalia mutuo consensu sint dissoluta, contrarium tamen nunc tenendum est ob authenticam declarationem S. Congregationis datam 6. Julii 1658. & 10. ejusdem mensis approbatam ab Alexandro VII. quam referunt Fagn. in 4. decretalium Cap. Quod audientiam De Sponsal. & Matr. n. 29. Sperell. decis. 95. Pignat. tom. 5. consult. 50. p. 5. n. 1173. Gob. n. 358. in qua statuitur, nunc & deinceps certum esse debere, quòd maneat hoc impedimentum, etiam si sponsalia priora mutuo consensu sint dissoluta: Et ita nunc certum esse, docet etiam Wex in Ariadne p. 5. tr. 2. §. 6. à n. 26. Ratio est, quia ex sponsalibus validis oritur illud impedimentum, & illo semel orto non pendet à voluntate sponforum, ut maneat vel desinat. Hinc etiam manet, etiam si unus sponforum sit mortuus vel ingressus Religionem, uti fatentur omnes. Item manet ex sponsalibus ab impubere contractis, etiam si post pubertatem rescindat, uti constat ex Cap. Accessit, §. Sanè, De sponsal. impub.*

§. 5. *Sponsalia impuberum, quamvis sint 684. suspensa, secundum dicta à n. 112. & detur locus resiliendi usque ad pubertatem, tamen secundum jam dicta inducunt hoc impedimentum, ita cum communi Spor. n. 180. Et idem est, si impuberes contrahant de presenti, talis enim contractus habet vim sponsalium secundum dicta n. 52. docetque Avers. f. 5.*

§. 6.

685. §. 6. Ex dictis constat, quod Titius sponsus invalidè contrahat Matrimonium, cum matre, sorore, filia Cajæ sponsæ suæ; item quod Cajæ sponsa invalidè contrahat cum patre, fratre, filio Titii sponsi sui, quia hæ personæ attinguntur in primo gradu: è contrà Titius validè contrahit cum matertera, nepte, consobrina, aliisque remotioribus cognatis sponsæ suæ, Cajæ verò cum Patruo, nepote, & consobrino aliisque remotioribus consanguineis sponsi sui, quia hi non attinguntur in primo, sed secundo tantum, vel remotiori gradu; non dirimit autem, nisi primus, si sit ex sponsalibus.
686. §. 7. An sponsalia ex metu gravi extorta inducant hoc impedimentum, colligi debet ex dictis n. 106. Si enim talia sponsalia sint irrita Jure naturæ, non inducunt: si sint ab initio Jure naturæ valida, sed tantum rescindibilia, inducunt: & ideo etiam inita ex metu levi, quia secundum dicta n. 105. sunt valida, licet sint rescindibilia, inducunt hoc impedimentum.
687. §. 8. Publicam honestatem non oriri ex sponsalibus conditionatis conditione necdum adimpletâ, decidit Cap. un. *De sponsal. in 6.* Neque oritur ex promissione mutua volentium se obligare sub veniali tantum, vel tantum sub pœna perdendi, v. g. arrham, secundum dicta n. 59. Neque ex promissione mutua Matrimonii factâ à pueris ante septennium, secundum dicta n. 50. Neque ex promissione Matrimonii cum aliqua indeterminatè, v. g. cum una ex filiabus Titii uti colligitur ex Cap. un. *De sponsal. in 6.* nam re ipsa non sunt sponsalia secundum dicta n. 97. Si dispenseretur in impedimento affinitatis ex copula licita, hoc ipso dispensatur etiam in publica honestate.

E
2Th
PCL
La C

Tom

C

honestate, quamvis de illa non sit facta mentio, uti dicitur n. 913.

Q. 95. An publica honestas vel affinitas contracti n- 688.
ter infideles dirimat Matrimonium suscepto Baptismo prius contrahendum. R. Negat absolute & probabiliter Henriq. quia cum talia impedimenta sint ex solo Jure ecclesiastico, cui neuter infidelis subdebat, non ligabunt illos post Baptismum, nisi hoc ipso tempore, ab iis contrahantur. Sanch. Con. & alii variè distinguunt, sed Aversa q. 17. s. 6. & Kugler à n. 1902. absolute & etiam valde probabiliter affirmant, quia quamvis Ecclesia non possit statutare aliquid, quo ligentur, quamdiu sunt infideles, tamen potest statuere aliquid, quo ligentur, quando erunt fideles. Et ita cum post Baptismum non possint contrahere, v. g. cum consanguinea in quarto gradu, quamvis id potuissent ante Baptismum, idem erit de reliquis istis impedimentis: & ratio universalis est, quia Canones absolute dicunt, quod fideles habentes tale impedimentum, sive talem relationem ad invicem, non possint valide contrahere, & Canones illi non distinguunt, an in illud inciderint ante, an post Baptismum, ergo cum post Baptismum sint fideles, & tale impedimentum, sive talem relationem ad invicem habeant, non poterunt, nisi eà dispensatâ contrahere.

Quid dicendum sit circa impedimentum criminis inter tales infideles, dixi n. 628.

Q. 96. Quid notandum sit circa impedimentum e- 689.
tatis. R. §. 1. Cum impotentia impuberum ad

generandum sit tantum temporanea, non dirimit Jure naturæ Matrimonium, sed tantum ecclesiastico, in masculis ante 14. : in femellis ante

Tom. VIII.

Ff

12.:

II.
O.I
mor.
Lidii
Troix
LVIII

12.: annum, uti habetur toto tit. De despons. impub. Putantque Sanch. l. 7. d. 104. n. 2. & 3. & Avers. q. 13. l. 2. ad validè contrahendum satis esse, si ultima dies complens eos annos sit incepta. Hostiensis apud Dian. p. 5. tr. 5. R. 16. dat tres dies antè; M. Ledesma decem; Rebell. unum vel alterum mensem, uti refert Carden. in 1. crisi, d. 27. n. 110. sed dicendum est cum Abb. Poniq, Pignat. t. 10. c. 11. à n. 38. tempus hoc completum esse debere ad momentum, ita ut nec hora desit, secundum dicta l. 1. à n. 582. Si tamen malitia suppleat ætatem, ita ut præter discretionem rationis etiam adfit potentia generandi, Cap. De illis 2. Cap. Puberes, Cap. ult. De sponsal. impub. statuitur, ante eos annos valere Matrimonium, licet non dispensetur: hinc Fagn. ad cit. Cap. De illis ait: Greg. XIII. cuidam petenti dispensationem ad Matrimonium impuberis dicitur respondisse: sedem Apostolicam ob hoc non esse interpellandam, cum, si desit discretio vel potentia consummandi Matrimonium, sedes Apostolica nihil possit: quòd si neutrum deesse cognoverit Ordinarius, poterit, si causæ, quæ narrantur, sunt veræ, suo jure dictam licentiam concedere. Vide Krim. n. 623. Exempla eorum, qui ante pubertatem genuerunt, multa breviter referunt Avers. suprâ & Krim. n. 597. Episcopum autem dispensare posse in dubio, an malitia suppleat ætatem dicitur n. 840.

690. §. 2. Matrimonium ante ætatem legitimam attamen post septennium initum habere vim sponsalium dixi n. 52. Notat autem Zucch. l. 1. t. 1. q. 6. à n. 38. & l. 4. t. 2. q. 4. ætatem Matrimonio ineundo aptissimam esse, in masculis annuum circiter 30. in femellis 18. De impotentia autem ex defectu ætatis fuisè agit l. 3. tit. 1. q. 1. §. 3.

E
2

Th.
P. Cla.
La C.
Tom.

C. 2.

§. 3. *Sanch.* supra putat non peccare eos, qui ante aetatem tentant contrahere Matrimonium, sed probabilius est oppositum cum *Kugler* à n. 2117. 1. quia Cap. 2. De sponsal. impub. dicit, districtius prohibemus, ne aliqui, quorum uterque vel alter ad aetatem legibus determinatam non pervenerit, jungantur, nisi urgentissima necessitate interveniente: ex quo colligitur non prohiberi conjunctionem per copulam, hæc enim esset certò fornicaria, & ex nulla causa licita est, sed per consensum voluntatum, id est, Matrimonium de præsentem. 2. Quia videtur esse gravis irreverentia in Authorem Sacramenti, si quis sciens se impeditum, & non posse valide conficere Sacramentum, ponat materiam & formam illius, intendens tanquam Minister illud conficere, ergo.

Q. 97. Quid addendum sit circa impedimentum affinitatis. R. §. 1. L. Non facile, ff. De gradibus & affinitibus, libro 38. tit. 11. sic habetur: Affines sunt viri & uxoris cognati, dicti ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diversæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. Unde affinitas rectè describitur, quòd sit propinquitatis quædam, quæ ex copula carnali, sive in sive extra Matrimonium habita, etiam cum invita vel dormiente, oritur inter consanguineos viri & solam mulierem, item inter consanguineos mulieris & solum virum: vir autem & mulier copulam habentes non dicuntur propriè affines, sed sunt una caro, & vocantur radices affinitatis, quia sunt causa, cur cæteri vocentur affines. Quamvis autem L. Non facile, supra dicatur, gradus affinitatis nulli sunt, tamen Glossa rectè addit, propriè, nam gradus dicitur ratione cognationis naturalis,

lis, quæ hic non est, improprie tamen possunt dici gradus. Notatque De Justis l. 1. c. 6. n. 190. quando duo sunt consanguinei, dicuntur esse *conjuncti*: quando sunt affines, dicuntur *se attingere*.

693. §. 2. Affinitas consanguineorum viri extenditur ad solam mulierem, & non ad consanguineos mulieris; è contrà affinitas consanguineorum mulieris extenditur ad solum virum, ita ut nec consanguinei viri sint affines consanguineis mulieris; nec consanguinei mulieris consanguineis viri, quia hæc mediata & remota affinitas est sublata, hinc Cajus filius tuus ex primâ uxore, potest ducere secundæ uxoris tuæ filiam ex alio viro genitam, ita ut eadem uxor tua sit non verca & nurus filii tui Caji, tu verò sis ejusdem uxoris Caji vitricus & focer: item potest è duabus viduis una nubere filio alterius viduæ ex priore marito, quo facto, si una filium pariat, poterit altera de tali filio dicere, hic est filius filii mei, & simul frater mariti mei.

694. §. 3. Ut oriatur affinitas, non satis est, quòd penetretur vas muliebre, sed secundùm dicta n. 281. debet vir intra illud seminare, ita ut sit copula vel immissio seminis apta generationi: unde copula eunuchi affinitatem non causat, quia eunuchus non fundit verum semen generationi aptum: Et etiam dixi n. 383. per coitum sodomiticum non contrahi affinitatem.

695. §. 4. Putant plures cum *Avers.* q. 17. f. 1. contrahi affinitatem, si semen effundatur circa muliebria & attrahatur à matrice, imò etiam si viro cooperante semen quomodocunque, etiam opedæmonis vel per artem, recipiatur in matricem, nam censetur etiam tali modo consummatum esse Matrimonium, utl videtur colligi ex dictis n. 280.

E
2T
P
L

Tom

C

280. Oppositum tenet valde probabiliter Pont' l. 7. d. 33. n. 2. Corrad. in praxi disp. l. 7. c. 1. n. 18. & alii, quia in his casibus non dicuntur habuisse copulam, affinitas autem non contrahitur, nisi per copulam.

§. 5. Ad contrahendam affinitatem requiri 696. etiam seminationem mulieris, putant multi cum *Avers.* supra & *Krim.* n. 460. nam *Hippocrates*, *Galenus*, *Zacchias* q. 7. à n. 11. *Dian.* p. 15. tr. 13. R. 54. docent, quòd ad generationem requiratur, & semper interveniat etiam seminatio mulieris, quamvis hæc illam non experiatur ob majorem voluptatem ipsiusmet coitus: Oppositum tamen tenent *Arist.* *S. Tho.* *Sanch.* & communis Doctorum, teste *Castrop.* d. 3. p. 2. §. 1. n. 1. qui probabilius dicunt ad generationem sufficere solius viri semen. Quidquid sit de hoc, notat *Gob.* tr. 9. à n. 390. semper præsumi seminationem mulieris, si in copula magnam senserit voluptatem. Et quod virum attinet, rectè notat *Sanch.* l. 8. d. 6. n. 18. si coierit, & dubitet, an seminaret, vel semen intra vas inciderit, hæc præsumenda esse, quia ita communiter contingit, & ex communiter contingentibus est prudens præsumptio.

§. 6. Circa affinitatem ex copula illicita sic 697. statuit *Trid.* sess. 24. De ref. Matr. c. 4. Impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractum dicitur, & Matrimonium postea factum dirimit; ad eos tantum, qui in primo & secundo gradu conjunguntur, restringitur, in ulterioribus vero gradibus statuit hujusmodi affinitatem Matrimonium postea contractum non dirimere. *Pignat.* tamen tom. 4. consult. 15. refert aliam declarationem *S. Congreg.* datam 3. Decemb. 1663. quæ dicat, si adfuerit figura Matrimonii, idest, si Matrimonium publicè

II.
O I
mor.
vidi
troix
LVIII

contractum fuerit, quamvis invalidè, ex copula quamvis illicita in tali Matrimonio habita oriri affinitatem usque ad quartum gradum inclusivè, sed hætenus non satis constitit de illa declaratione.

698. §. 7. Oritur hoc impedimentum, quamvis mulier sit vi oppressa, ideòque talis oppressa nubere non poterit consanguineo oppressoris: *Nec obstat*, quòd mulier vi oppressa primo bimestri sui conjugii possit nihilominus ingredi Religionem, *nam*, quòd ingredi possit Religionem, ideò est, quia secundum dicta n. 421. oppressor, ut repararet damnum causatum, tenetur consentire, ut oppressa ingrediatur, & per hunc suum consensum reddit ingressum licitum: è contrà consensus oppressoris non potest tollere affinitatem contractam, nec conjugium cum suo consanguineo reddere licitum.

699. §. 8. Expedi etiam hic nosse nomina affinitatis, eorumque significationem: sunt autem hæc:

Nomina affinitatis.

Socer, Pater uxoris vel mariti. Schwäher.
Beau-Pere. Pere du mary ou femme.

Socrus. Mater mariti vel uxoris. Schwiger.
Belle-mere: la mere du mary ou de la femme.

Consocer; Parentes mariti & uxoris. Gegenschwäher. Les parents du mary ou femme.

Profocer, seu socer magnus. Manns oder Weibs Anherz. L' ayeul du mary ou de la femme.

Profocrus seu socrus magna. Manns oder Weibs Anfraw. L' ayeule &c.

Gener.

- Gener. Maritus filia. Tochtermann. Beau-
 fils: le mary de ma fille.
 Congener. Mit-Endem. Le deuxiesme beau-
 fils; le mary d'une autre fille.
 Progener. Sohns oder Tochter Endem. Le
 gendre du fils ou fille.
 Nurus. Uxor filii. Schnur. Belle-fille: fem-
 me du fils.
 Connurus. Mitschnur. La deuxiesme belle-
 fille.
 Pronurus. Sohns oder Tochter Schnur. La
 belle-fille du fils ou fille.
 Levir: frater mariti. Manns-Bruder. Beau-
 frere: frere du mary ou femme.
 Glos: soror mariti. Manns-Schwester. Bel-
 le-sœur: sœur du mary ou femme.
 Frattia. Uxor fratris. Bruders-Weib. Femme
 du frere.
 Sororius, Maritus sororis. Schwester-Mann.
 Mary de la sœur.
 Janitricas. Weiber zweyer Brüder. Femmes
 de deux freres.
 Sororum mariti. Männer zweyer Schwester.
 Mary de deux sœurs.
 Vitricus. Stieff-Batter. Paratre: mary de
 ma mere.
 Noverca. Stieff-Mutter: Maratre: femme
 de mon pere.
 Privignus. Stieff-Sohn. Beau-fils: fils de
 mon mary ou de ma femme d'un autre lit.
 Privigna. Stieff-Tochter. Belle fille: fille de
 mon mary ou de ma femme d'un autre lit.

II.
 I.
 mor.
 idii
 roix
 VIII

700. §. 9. Unica regula pro dignoscendo gradu affinitatis est, ut in hac procedatur, sicuti in consanguinitate est dictum, nam aliquis in eodem gradu est affinis viro, in quo gradu est consanguineus mulieri: Econtrà in eodem gradu est affinis mulieri, in quo est consanguineus viro: in quo autem gradu sit talis consanguinitas, dictum est à n. 605.

701. §. 10. Non omnes gradus affinitatis dirimere Jure naturæ, certum est ex dicendis n. 828. An autem primus gradus affinitatis dirimat Jure naturali, an positivo tantum, utrimque disputatur; Et *Castrop.* d. 4. pu. 8. n. 10. dicit, certum esse, quod affinitas talis ex copula fornicaria sit Juris positivi tantum, quia in illa dispensat *S. penitentiaria*; quod aliàs non posset, quia hìc agitur de valore Sacramenti, tum autem non esset licitum agere secundum hanc sententiam, si opposita censeretur verè probabilis. Itaque potissima quæstio est de affinitate ex copula licita, & quidem in primo tantum gradu. Et si quidem non sit in linea recta, sed transversa, uti si Titius ducat sororem uxoris suæ mortuæ, communis & certa sententia est cum *Sanch.* l. 7. d. 66. n. 11.; quod non dirimat Jure naturæ, nam Pontifices etiam sæpe dispensarunt. Si autem sit in primo gradu lineæ rectæ, uti si Titius ducat matrem vel filiam uxoris suæ mortuæ, hanc affinitatem dirimere Jure naturæ docent *S. Anton. Silv. Sot. Covarr. Bellarm. Vasq. Valent. Estius. Côn. Laym. Tamm. Pich. Lugo* in resp. mor. l. 1. d. 40. aliique gravissimi AA. apud *Sanch.* n. 6. & *Dianam* p. 4. tr. 4. R. 93. Idem videntur tenere *S. Basili.* apud *Arcud.* l. 7. c. 32. & *S. Aug.* apud *Sanch.* supra., E contrà dirimere Jure naturæ negant *S. Th.*

S. Th. Alenf. Scot. & Scotifæ omnes teste *Maftrio* n. 113. *Cajet. Navarr. Henry. Sanch. Hurt. Merat. Tancrd. Pont. Bonac. Castrop. Dian. Dicast. Pignat.* tom. 7. consult. 22. n. 6. *Avers. q. 17. sect. 2. Krim. n. 2178. Kugler n. 1887. & 1893.* & dicit *Sylvius* utramque sententiam esse practicè probabilem. *Nec obstat* postremæ, quòd non legatur Papam in eo gradu unquam dispensâsse, nam vel non fuit necessitas, vel causæ non occurrerunt sufficientes. Qui tamen in praxi vellet operari secundum posteriorem sententiam, deberet judicare esse moraliter certam, nec Sacramentum exponi periculo nullitatis.

§. 11. Si affinitas ex copula illicita fit ex una parte in tertio gradu, vel ex copula licita in 5., sequitur ex dictis n. 613. nullum esse impedimentum.

§. 12. Notandum hic iterum, quod verbo infinuavi n. 692. habentes copulam non dici affines inter se, sed primum gradum affinitatis haberi in illis consanguineis utrimque, qui in primo gradu sunt conjuncti cum alterutro illorum, qui copulam habent.

Q. 98. Quomodo practicè sit procedendum, quando queritur de impedimento affinitatis, v.g. inter Titium & Bertam. R. 1. Inquirendum est, an alteruter habuerit perfectam copulam cum consanguineo vel consanguinea alterius. 2. Considerandum, an copula fuerit licita vel illicita. 3. Videndum, in quo gradu consanguinitatis persona illa, cum qua Titius vel Berta habuit copulam, sit consanguinea Bertæ vel Titio, & tum ex dictis facillimum erit cognoscere, an inter illos sit impedimentum affinitatis, necne.

Q. 99. Quomodo Jus civile discrepet à Jure Canonico

Ff 5

nico

III.
LII
LIII
LIV
LV
LVI
LVII
LVIII

nico in computatione graduum cognationis & affinitatis. R. 1. Quoad lineam rectam utrumque Jus convenit. Quoad transversas, Jus civile observat unicam hanc regulam, quod tot sunt gradus, quot sunt personæ, stipite dempto, hinc secundum Jus civile duo fratres sunt in secundo gradu, cum tamen secundum Jus canonicum sint in primo. Atque hæc computatio civilis attenditur in tutelis committendis, & in successiombus ab intestato, v. g. Pater & non frater succedit ab intestato, quia Pater est in primo gradu cum filio suo, frater autem in secundo tantum, civiliter computato. E contra computatio Canonica observatur in Matrimoniis contrahendis. 2. Jus Canonicum vult Matrimonium in quarto gradu affinitatis ex copula licita esse irritum, Jus civile restringit illud impedimentum ad secundum tantum gradum. 3. Secundum Jus civile, illi tantum dicuntur agnati, qui per viros habent consanguinitatem; è contra illi cognati, qui per fœminas, unde soli agnati è non cognati dicuntur succedere in feudis masculis, agnati autem & cognati succedunt in feudis promiscuis.

706. Q. 100. Quid addendum sit circa impedimentum clandestinatis. R. §. 1. Clandestina Matrimonia ab initio Ecclesiæ fuerunt prohibita, Trid. sess. 4. c. 1. De ref. Matr. attamen non fuerunt, nec jam inter infideles sunt illicita ipso Jure naturæ, uti probabilius tenent S. Th. alii que cum Avers. q. 6. f. 1. contra Sanch. l. 3. d. 3. n. 8. & alios. tam parum, quàm alii contractus, qui meritò postulant prohiberi, ne clàm fiant, ob fraudes, aliâque inconvenientia: multò minùs etiam in Ecclesiâ ipso Jure naturæ sunt irrita, uti satis clarè dicit Trid.

E
2

Th.
P. C. l. a
L. a C.

Tom

C. 1.

Trid. suprà, quidquid contradicant aliqui cum Pontio l. 5. c. 1. Potuisse autem Ecclesiam irrita reddere Matrimonia clandestina, rectè probat Kugler à n. 861. Et non ideo Ecclesiam formaliter & proximè mutasse institutionem Christi vel materiã hujus Sacramenti, probavi l. 6. p. 1. n. 17.

§. 2. Per hoc Matrimonium non est simpliciter clandestinum, quòd ineatur clam vel noctu, vel etiam neglectis proclamationibus, uti certum est ex illis, quæ refert De Luca De Matr. d. 2. n. 7. sed tantùm, si contrahatur sine præsentia Parochi vel testium, secundùm Trid. suprà, quod ita statuit: *Qui aliter, quàm præsentè Parocho vel alio Sacerdote de ipsius Parochi seu Ordinarii licentia, & duobus vel tribus testibus Matrimonium contrahere attentabunt, eos S. Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & hujusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, prout eos præsentè Decreto irritos facit & annullat. Insuper Parochum vel alium Sacerdotem, qui cum minore testium numero, & testes, qui sine Parocho vel Sacerdote hujusmodi contractui interfuerint, nec non ipsos contrahentes graviter arbitrio Ordinarii puniri præcipit. . . . Decernit insuper, ut hujusmodi Decretum in unaquaque Parochia suum robur post triginta dies habere incipiat à die primæ publicationis in eadem Parochia factæ numerandos. Et irritat Trid. Matrimonia clandestina etiam eorum, qui hanc legem ignorant vel de ea non cogitant, uti rectè Kugler à n. 868. nam per Td attentabunt, non significat requiri cognitionem legis, sed accipit pro conabuntur aliter contrahere: hinc nequidem valet in articulo mortis pro legitimanda prole, secundùm dicta n. 525. & 526. docetque Kugler à n. 874. quia hìc est lex absolutè irritans & inhabilitans.*

§. 3.

708. §. 3. Quamvis *Trid.* hic utatur nomine Parochi, tamen etiam per seipfos validè assistunt tum Episcopi, tum etiam eorum Vicarii generales, vel etiam aliis committere possunt potestatem assistendi, cum sint Ordinarii & Parochi etiam ipsorummet Parochorum, communis cum *Kugler* n. 316. *Leuren.* De Vicario q. 162. 163. Et quamvis *Nav. Sayr. De Luca* ad *Trid. dist.* 26. n. 20.; aliique dicant Episcopum & Vicarium generalem invalidè assistere, si Sacerdotes non sint, oppositum videtur probabilius cum *Kugler* n. 317. *Ponrio* l. 5. c. 11. n. 11. *Leuren.* cum id validè faciat Parochus non Sacerdos, secundum dicenda n. 728. Et ista omnia possunt Episcopus ac Vicarius, quamvis Jurisdictio Episcopi esset suspensa, quia assistentia & commissio assistendi non sunt propriè actus jurisdictionis secundum dicenda n. 729. docentque *Sanch. Barb. Leur.* q. 164. Et quæ dicta sunt de Episcopo, ejusque Vicario, ob eandem rationem etiam valent de Capitulo, ejusque Vicario, dum Sedes vacat, *Gutt. Pont. Dian. Leur.* q. 583. *Krim.* n. 678. qui addit, idem esse de Nuntio Apostolico pro sua provincia, item de Archi-Episcopo actu visitante in diocelibus Suffraganeorum.

709. §. 4. Quamvis *Trid.* ipsum alicubi promulgatum non sit, si tamen hoc decretum *Trid.* sit ibi promulgatum, Matrimonium clandestinè initum erit in ratione Matrimonii invalidum, an autem valiturum sit in ratione sponsalium, dicitur n. 52. Ut autem hoc Decretum *Trid.*; censeatur promulgatum, non est satis, quod v.g. Parochus vel etiam Episcopus faciat promulgari, quod Matrimonia clandestina imposterum futura sint invalida, sic enim intelligi posset esse tantum Episcopo-

E
2Th
P
C
L
a
C

Tom

C

Episco
Lex T
ducit
Decre
se pro
Congre
§
si sit
vel te
tum,
rius
Matr
coran
net A
exco
rede
vend
detur
cum
si non
casu
Paro
am h
pe, u
fitum
Navar
monia
476.
lex in
contr
la Tri
tem c
chun
Eccle
non a

Episcopi legem, sed promulgari debet tanquam Lex Tridentini seu supremæ potestatis, uti fusè deducit Pignat. tom. 1. conf. 151. à n. 20. Si tamen Decretum alicubi observetur, præsumi debet esse promulgatum, uti habent declarationes S. Congreg. apud Pignat. tom. 5. conf. 79. à n. 40.

§. 5. Sor. Graff. & alii apud Mastr. n. 44. putant, 710. si sit gravissima causa contrahendi sine Parocho vel testibus, in tali casu non obligare hoc Decretum, v. g. si casu absit Parochus, & concubinaris habens multas illegitimas proles esset sine Matrimonio moriturus, putant Matrimonium coram testibus initum fore validum. Idem tenet Amicus d. 7. n. 136. si princeps habens filium ex concubinâ sit proximus morti, & eo sine hærede mortuo principatus ad hæreticos devolvendus esset: Rationem dant, quia epiikia videtur posse in tali lege humana habere locum, cum sit æqualis vel major necessitas, quàm esset, si non esset tutus ad Parochum accessus, in quo casu valere potest Matrimonium sine præsentia Parochi, secundum dicenda n. 781. ideoque etiam hic videtur prudenter præsumi voluntas Pape, ut in tali casu valeat Matrimonium. Oppositum absolutè tenent communiter omnes cum Navarr. Henriq. Ledesm. Sanch. Less. in auct. V. Matrimonium, casu 17. Pontio l. 5. c. 6. n. 2. Gob. tr. 9. n. 476. Mastr. supra, Verj. art. 3. Kugler n. 292. quia lex irritans vel inhabilitans vel præscribens contractibus formam substantialem, uti facit illa Tridentini, non admittit epiikiam, in eo autem casu, quando est difficilis accessus ad Parochum, aut nullus est amplius in tali loco, tunc Ecclesia specialiter dispensat, uti dicitur à n. 778. non autem in aliis casibus, quamvis fortè essent majore.

majoris necessitatis, unde sicuti dixi n. 526. in quacunque necessitate manere impedimentum, v. g. consanguinitatis, sic etiam manet impedimentum ob absentiam Parochi. Hinc etiam si Matrimonium contrahatur per Procuratores extra Parochias utriusque sponsi, debet interesse alterutrius Parochus vel alius Sacerdos ab hoc designatus, secundum paulò post dicenda.

711. §. 6. Si alicubi nunquam fuerit Parochus catholicus, certum est non requiri ejus presentiam ad valorem, cum enim ibi nunquam fuerit Parochia, obligatio adhibendi Parochum nunquam incepit, quia prius incipit post dies 30. à publicatione facta in Parochia ipsa: unde, ubi hoc *Trid.* Decretum promulgatum vel receptum non est, vel usum est legitime abrogatum, quavis illicitè fiat, validè tamen contrahitur sine Parocho & testibus, uti constat ex *Trid.* ipso supra. Quòd si Decretum illud observetur in aliqua Parochia, ubi tamen promulgatum non sit, fieri poterit, ut per ejusmodi consuetudinem inductum sit hoc impedimentum, secundum dicta n. 523.

412. §. 7. Si quis è loco, ubi *Trid.* Decretum viget, eat ad locum, ubi non est receptum, animo ibi contrahendi clandestinè, dicendum est contra *Sanch.* l. 3. d. 18. q. 4. *Pontium* l. 5. c. 9. *Less.* in auct. V. *Matrimonium* cas. 14. *Avers.* q. 6. f. 2. & alios multos, tale Matrimonium esse invalidum, quod nunc videtur certum ex responso *S. Congreg. & Breve Urb. VIII.* ad Ferdinandum Archi-Episcopum Coloniensem, cujus hic est tenor:

Ad futuram rei memoriam.

EXponi nobis nuper fecit Venerabilis Frater Archi-
 Episcopus Colonienſis, quod habito nuper per eum
 ad Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales, ſacri
 Concilii Tridentini Interpretes recurſu ſupra infra-ſcrip-
 tis dubiis, videlicet; Primo, an incolæ tam maſculi,
 quàm fœminæ loci, in quo Concilium Tridentinum in
 præſentio Matrimonii eſt promulgatum, tranſeuntes per lo-
 cum, in quo dictum Concilium non eſt promulgatum, re-
 tinentes idem domicilium, validè poſſint in iſto loco Ma-
 trimonium ſine Parocho & teſtibus contrahere. Secundo,
 quid ſi eò prædicti incolæ tam maſculi, quàm fœminæ
 ſolo animo ſine Parocho & teſtibus contrahendi ſe tranſ-
 ferant, habitationem non mutant. Tertio, quid ſi
 idem incolæ tam maſculi quàm fœminæ eò tranſferant
 habitationem illo ſolo animo, ut abſque Parocho & teſti-
 bus contrahant. Idem Cardinales ad primum & ſecun-
 dum, non eſſe legitimum Matrimonium inter ſic ſe tranſ-
 ferentes, ac tranſeuntes cum fraude. Ad tertium verò
 dubiorum huiusmodi, ſi domicilium verè tranſferatur,
 Matrimonium eſſe validum reſponderunt & reſolverunt,
 prout in decreto de ſuper emanato plenius continetur.
 Cum autem, ſicuti eadem expoſitio ſubjungebat, dictus
 Archi-Epiſcopus reſponſum ſeu dubiorum prædictorum
 reſolutionem huiusmodi pro illius ſubſiſtentia & validi-
 tate firmiter, Apoſtolicæ Noſtræ confirmationis robore
 communitari ſummopere deſideret, Nos eundem Archi-
 Epiſcopum ſpecialibus favoribus & gratis proſequi vo-
 lentes, ſupplicationibus illius nomine Nobis ſuper hoc
 humiliter porrectis inclinati, reſponſum ſeu dubiorum
 prædictorum reſolutionem huiusmodi, auctoritate Apo-
 ſtolicâ tenore præſentium approbamus & confirmamus,
 illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus,
 decer-

decernentes illud, seu illam, nec non presentes literas
 valida, firma & efficacia existere & fore, suosque plena-
 rios & integros effectus sortiri & obtinere, sicque, &
 juxta illa per quoscunque Judices ordinarios & delegatos
 etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari &
 definiiri debere, ac irritum & inane, si secus super his
 quoquam, quavis autoritate scienter vel ignoranter con-
 tingerit attentari, non obstantibus constitutionibus & or-
 dinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscum-
 que. Datum: Romae apud S. Mariam majorem sub anno
 piscatoris die 14. Augusti 1627.

Quod autem obliget illud Decretum, testan-
 tur *Lugo*. in resp. mor. l. 1. dub. 36. *Dian.* p. 6. tr.
 7. R. 29. *Tamb.* hic l. 8. tr. 6. c. 2. §. 2. *Kugler* a n.
 905. *Gob.* tr. 9. n. 481. & 504. ubi n. 468. citat
 responsum facultis Viennensis idem resolventis,
 quod referam n. 754. Et ut decretum rela-
 tum nunc ubique obliget, satis est, notitiam illi-
 lius nunc haberi, & factam esse certam per
 Theologos, inquit *Gob.* n. 482. Quod si quis ad
 talem locum ivisset sine fraude, id est, non ideo
 praecise, ut sic contraheret, sed v. g. ob negotia
 vel mercaturam, circa hoc nihil resolvit decre-
 tum, putavitque facultas Viennensis, & alii cum
Lugo, quod tum contrahatur valide, eò quod
 contractus sequatur naturam loci, in quo fit se-
 cundum jam dicenda: Et pro hac sententia
Pyrrh. Corrad. in praxi dispenf. l. 8. c. 4. n. 26. re-
 fert declarationem S. Congreg. Quid autem sit
 dicendum, si veniat ad locum, ubi etiam rece-
 ptum est *Trid.* dicetur seq. n.

713. §. 8. Si uterque spectet ad Parochiam, in qua
 decretum non est promulgatum, & peregrinantes
 clam contrahant in Parochia, ubi est pro-
 mulgatum, videri posset valere, quia peregrinatio
 non

non tenentur legibus loci alieni, secundum dicta l. 1. n. 685. sed oppositum tenendum est, nam contractus, qui sunt aliquid pertinens ad forum externum, regulantur juxta leges loci, in quo fiunt, Cap. *Dilecti*, & Cap. finali de foro compet. *Sanch.* l. 3. d. 18. n. 26. *Krim.* n. 645. *Kugler* n. 294. *Schiara* l. 6. diff. 13. n. 14. Imò habet communis cum *Busenb.* supra n. 8. & *Pignat.* tom. 5. consult. 79. n. 33. quamvis tales contraherent coram Parocho hujus alieni loci & testibus, adhuc nullum fore Matrimonium, quia peregrinus nolens alicubi manere per majorem anni partem, non acquirit, nequidem quasi domicilium, ergo hic Parochus non est ipsorum proprius, ergo contrahunt sine ullo proprio Parocho; aliud est de vagis secundum dicenda à n. 746. nam hi nullibi habent proprium Parochum, è contrà peregrini habent in loco sui domicilii, sine cujus & testium presentia invalidè contrahent in loco, ubi *Trid.* est receptum.

§. 9. Si sponsus spectet ad Parochiam, in qua 714.
Decretum est promulgatum, & sponsa ad Parochiam, in qua non est promulgatum, si Matrimonium in Parochia sponsi ineatur sine Parocho & testibus, erit invalidum: si ineatur in Parochia sponsæ, erit illicitum sed validum, quia, secundum dicta, contractus quoad valorem pendent à legibus loci, in quo fiunt, ideòque valere tale Matrimonium respondit *S. Congregatio*, uti testantur *Wames.* in cons. tom. 2. cons. 530. & *Pignat.* tom. 5. consult. 79. n. 22.

§. 10. Parochus validè assistit extra Paro- 715.
chiam, imò & diocesis suam, quia, quamvis hæc assistentia fiat tanquam à persona publica, tamen fit privato modo, uti auditio confessionis,
Tom. VIII. G g nis,

nis, nec est actus jurisdictionis, & faltem non contentiosa, *Sanch. Avers. q. 6. f. 3. Krim. n. 661. Kugler à n. 955. Busenb. contra Henric. Pont. & alios.* Si tamen solemniter extra Parochiam suam allisteret, *Laym. Barb. Avers. Lohn. Pirb. Cajtrop. d. 2. p. 13. §. 9. n. 7.* dicunt peccare, sed etiam hoc negant *Sanch. & Krim. n. 662.* quia nullibi prohibetur. Et idem dicunt posse alium à tali Parochia designatum.

716. §. 11. Si contracturi spectent ad diversas Parochias vel dioceses, *Navarr.* putavit contrahendum coram Parocho sponsæ, & ita dicitur servari Romæ, sed certum videtur sufficere, si etiam coram Parocho sponsi, Jus enim non determinat, cur potius fieri debeat coram uno, quam coram altero, *Avers. q. 6. f. 3. Barb. Krim. n. 660. Pignat. à n. 13.* referens plures declarationes, quæ etiam dicunt valere, licet in Parochia sponsi contrahant coram Parocho sponsi. Posset tamen Ordinarius circa ista aliquid præcipere, quod observandum esset, quamvis non de valore.

717. §. 12. Si quis in fraudem prioris Parochi verè transferat domicilium ad aliam Parochiam, validè & licitè contrahit coram hoc Parocho, ut colligitur ex decreto relato n. 712. Nec fraudi illi patrocinaur, sed conditio Parochiani, quam licitè acquirit, *Fagn. Barb. Boss. De Luca De Matr. disc. 1. n. 9. Sanch. n. 11. Krim. n. 672. Sylv. contra Ledesm. & Vegam.* Notat tamen rectè *De Luca* n. 14. Si quis tantùm de die moraretur in hac altera Parochia, & noctu cubaret in priori domicilio adhuc instructa suis mobilibus, censeretur non acquisivisse domicilium in ista altera Parochia, sed permanfisse in priore.

718. §. 13. Quamvis *Paulus III.* concesserit Societati JESU potestatem familiaribus suis ministris

ministrandi omnia ecclesiastica Sacramenta, uti habetur in novo comp. privil. v. *Familiares*, §. 1. & 2. non ideo habet potestatem assistendi eorum Matrimoniis, quia quamvis id intelligeretur de Matrimonio, in quo Sacerdos non est propriè Minister, tamen hoc privilegium per *Trid.* esset revocatum, quod ad valorem statuit, ut adsint tres testes, quorum unus sit proprius Parochus, *Lugo* in resp. mor. l. 1. dub. 38. Similiter, quamvis Capellanus in Hospitali possit administrare omnia Sacramenta, & sepelire ibi morientes, tamen non assistit validè eorum Matrimoniis, cum non sit verè Parochus, *De Luca* de Parochis d. 23. n. 19.

§. 14. Parochus solius originis non censetur proprius in ordine ad assistendum Matrimonio, *712.*
Sanch. l. 3. d. 23. n. 7. *Pont.* l. 5. c. 13. §. 1. *Gob. tr.* 9. n. 486. *Pignat.* tom. 5. consult. 79. Si tamen aliquis, qui semel habuit domicilium in loco originis, semper retinuerit animum revertendi ad locum illum originis & ibi habitandi, retinet ibi domicilium habitationis, etiam si plurimis annis abfuerit, poteritque etiam coram illo Parocho contrahere Matrimonium, *Less.* in auctario v. *Matrimonium* casu 14. *Pont.* n. 8. non enim amittitur domicilium, dum quis discedit animo revertendi, uti rectè *Pignat.* tom. 7. conf. 63. pro hoc citans decisionem *Rotæ*, & 18. gravissimos authores, ac consentit *Laym.* l. 5. t. 6. c. 10. n. 5. adeoque habet domicilium primum in patria, sive loco originis, & alibi acquirit quasi domicilium, adeoque potest apud utriusque loci Parochum validè contrahere Matrimonium; imò quamvis animo alibi perpetuò habitandi deseruisset patriam, putant *Gob. tr.* 9.

Gg 2

n. 533.

n. 533. & alii, si non sit sui juris, sed integre ad huc sub potestate Patria, non ideo amittere illud suum primum domicilium, sed retinere illud per voluntatem eorum, quibus subest, & qui possunt semper eò revocare: Si tamen recesserit ad aliquem locum venisset, nec satis notus esset, petendum foret testimonium, quòd absit impedimentum, è loco, in quo diutius commoratus est, vel si inde accipi non possit, exigendum sacramentum, quòd nullum sciat impedimentum.

720. §. 15. Communis sententia habet cum *Sanch. Pignat. tom. 5. consult. 79. n. 44. Delb. c. 12. d. 7. f. 7. n. 11. Krim. n. 660. Kugler n. 296.* quòd voluntas habitandi perpetuò in aliquo loco sufficiat ad domicilium habitationis, ibi factum etiam primo die, quo reipsa habitare incipit, contrahendum, quamvis enim per *Constitut. Im. XII. in lib. 6. parte 2. n. 2172. relata*, non sufficiat ad effectum suscipiendi Ordines, tamen secundum ibi dicta n. 2177. non obest acquirendo domicilio in ordine ad alios effectus, & specialiter in ordine ad acquirendam Parochiam. *Nec obstat*, si hæc voluntas postea mutetur, nam domicilium semel acquisitum perpetuò non amittitur, quàm quis reipsa corpore se in alium locum transferat. Similiter illa voluntas perpetuò manendi alicubi non excludit voluntatem aliò migrandi, si fortè casus aliquis, vel promotio aliò vocet, uti ibidem dictum est n. 2184.

721. §. 16. Quamvis ad acquirendum simpliciter domicilium habitationis requiratur animus perpetuò ibi habitandi, id tamen non requiritur ad acquirendum quasi domicilium pro Matrimonio, aliisque Sacramentis ab Ordine distinctis.

etis; sed pro his acquiritur Parochia per habitationem non brevis temporis, uti si quis propter negotium, studium, famulatum, vel tempore peltis aut belli aliquo confugiat, quamvis cogiter postea redire, ita cum multis aliis *Sanch. n. 13. Pont. l. 5. c. 13. n. 4. Gob. tr. 9. n. 483. & 534. Engel in manuali Paroch. p. 2. c. 5. §. 3. Kugler n. 301.* Ratio est, quia is est proprius Parochus in ordine ad conjungendum Matrimonio, qui in *Cap. Omnis, De pœnit. & remiss. appellatur proprius Sacerdos ad audiendas confessiones*, sed hic appellatur talis, qui habet curam Parochiæ, in qua quis est per majorem anni partem, ergo. Putat quidem *Pignat. tom. 7. consult. 63. n. 6.* si quis Româ è domo paterna missus Paduam studiorum causâ etiam 30. annis hîc studeat, non fieri subditum alicui Parocho Paduæ quoad Sacramenta voluntaria, sed tantum in necessitate quoad Sacramenta confessionis & communionis, vocatque sententiam certam, ex *Hofsiens. Abb. Monach. vol. 4. conf. 398.* Hinc etiam est hoc statutum Cleri Romani; *Familiares & famulos Eminent. Cardinalium seu aliorum Principum ac Prælatorum, nec non aliorum quorumcumque, qui retinent domicilium in alia Parochia, ad illam Parochiam pertinere statuimus, in qua retinent domicilium, licet apud suos dominos infirmantur & morte occumbant.* Sed quid sit de aliis fortè diocæsibus, dicendum est saltem pro nostra Germania cum *Laym. l. 5. t. 6. c. 10. n. 5.* & aliis communissimè, eos, qui è loco originis vel domicilii veniunt ad alium, animo hic aliquo tempore permanendi, acquirere quasi domicilium, sufficiens ad subjectionem in ordine ad omnia Sacramenta (excepto Ordine) ad dispensationes in votis, sepulturam &c. pro

II.
31
mor.
idii
noix
VIII

quo citat *Gob. Palud. Gabr. Silv. Suar. Mol.* Et certum est teneri à *Sanch.* suprà : imò *Laym.* l. 1. c. 12. n. 1. putat ad hoc, ut quis non hospes, sed loci habitator habeatur, sufficere animum etiam aliquantò minùs, quàm per majorem anni partem permanendi, argum. *L. Hæres ab/est.* §. *Proinde ff. De Judiciis,* sed videtur standum sententiâ communi, quòd requiratur animus permanendi saltem per majorem anni partem. Quid autem dicendum sit de incarceratis, exilibus, relegatis, qui illubenter detinentur, nec permanerent vel uno die, nisi cogentur, vide dicenda l. 7. n. 247. & *Kugler* à n. 299. qui dicit, ut validè contrahant, debere velle permanere per majorem anni partem.

722. §. 17. Etiam hoc quasi domicilium acquiritur primo die, statim ut quis habitare incipit cum voluntate manendi per majorem anni partem, *Kugler* suprà & alii. Si quis autem inceperit hìc habitare, & mutet Parochiam, recipere poterit & debet omnia Sacramenta ab eo Parocho, cui actu tunc subdetur, quia deseruit alteram Parochiam, *Sanch.* n. 14. & 15. non sufficit autem solus animus mutandi, uti antea dictum, *Sanch.* n. 15.

723. §. 18. Si quis duas Parochias æqualiter, aut ferè æqualiter inhabitet, v. g. unam hyeme, alteram æstate, fit Parochianus utriusque, potestque indifferenter coram alterutro Parocho contrahere Matrimonium, ita ut, si hyeme contrahat, possit contrahere coram Parocho æstivali, quia uterque utroque tempore est proprius Parochus, uti constat ex Jure apud *Sanch.* d. 24. Quòd si non æqualiter habitet utrobique, sed v. g. per septem menses ruri, per quinque in urbe,

invalidè contrahit in urbe , quia ut possit in utroque loco , Jura requirunt æqualitatem habitationis in uno & altero loco , non quidem arithmeticam , sed saltem moralem , quæ hic non est , nemo enim dicet , quòd 154. dies sint moraliter æquales cum 210. sicuti nemo dicet , quòd homo quinquagenarius sit moraliter æqualis ætate cum septuagenario , Lugo dub. 37. Gob. tr. 9. n. 508. Quid autem dicendum sit , si domus alicujus sit in confinio , seu partialiter in fundo duarum vicinarum Parochiarum , dicam L. 7. n. 241.

§. 19. Principes vel Nobiles in ordine ad Matrimonium non habent domicilium in omnibus sibi subditis locis , sed tantum in loco , ubi veram & realem habitationem habent , Lugo n. 11. Gob. n. 497.

§. 20. Episcopus non potest Parocho auferre potestatem validè assistendi , tum quia assistere non est propriè actus jurisdictionis , licèt aliquando talis vocetur ad significandum , quòd non sit actus Ordinis , ergo quamdiu manet Parochus , validè assistit , Sanch. l. 3. d. 21. n. 12. Averf. q. 6. f. 3. Lugo dub. 45. Kugler à n. 822. testantes ita declaratum esse à S. Congreg. tum etiam , quia Episcopi non possunt inducere impedimentum dirimens , secundum dicta n. 514. Nec juvaret , si Episcopus præter prohibitionem etiam adderet clausulam irritantem , nam hæc ob rationem datam nihil operaretur. Aliud est de Papa , qui potest ponere impedimenta , de quo etiam videndus Pignat. tom. 4. consult. 167. Posset autem etiam Episcopus impedire valorem talis Matrimonii , si Parochiam ipso facto tolleret à Parocho attentante talem assistentiam ,

Gg 4

II.
L. 1.
L. 2.
L. 3.
L. 4.
L. 5.
L. 6.
L. 7.
L. 8.
L. 9.
L. 10.
L. 11.
L. 12.
L. 13.
L. 14.
L. 15.
L. 16.
L. 17.
L. 18.
L. 19.
L. 20.
L. 21.
L. 22.
L. 23.
L. 24.
L. 25.
L. 26.
L. 27.
L. 28.
L. 29.
L. 30.
L. 31.
L. 32.
L. 33.
L. 34.
L. 35.
L. 36.
L. 37.
L. 38.
L. 39.
L. 40.
L. 41.
L. 42.
L. 43.
L. 44.
L. 45.
L. 46.
L. 47.
L. 48.
L. 49.
L. 50.
L. 51.
L. 52.
L. 53.
L. 54.
L. 55.
L. 56.
L. 57.
L. 58.
L. 59.
L. 60.
L. 61.
L. 62.
L. 63.
L. 64.
L. 65.
L. 66.
L. 67.
L. 68.
L. 69.
L. 70.
L. 71.
L. 72.
L. 73.
L. 74.
L. 75.
L. 76.
L. 77.
L. 78.
L. 79.
L. 80.
L. 81.
L. 82.
L. 83.
L. 84.
L. 85.
L. 86.
L. 87.
L. 88.
L. 89.
L. 90.
L. 91.
L. 92.
L. 93.
L. 94.
L. 95.
L. 96.
L. 97.
L. 98.
L. 99.
L. 100.

tiam, secundum dicta l. 6. p. 1. n. 17. an autem ita possit ipso facto tollere, merito dubitatur, & videri debent dicenda n. 730. Addit *Avers.* l. 4. Episcopum posse irritare aut revocare licentiam, quam Parochus dedisset alteri Sacerdoti ad assistendum, quia hic delegatus non ideo esset factus Parochus, & voluntas Episcopi censetur esse superior ac potentior, quam voluntas Parochi committentis.

726. §. 21. Si statutum diocesenum habeat, ut Parocho non liceat assistere Matrimonio Catholici cum acatholica, licet pro certo haberet acatholicam non ita diu post futuram Catholicam, eò quod ex eiusmodi Matrimoniis multa sequi soleant inconmoda spiritualia, tum ipsi coniugi Catholico, tum liberis, tum ipsi Reipublice christianæ, si Parochus ad cavendam publicam infamiam sponsæ imprægnatæ assistat, valebit quidem Matrimonium, sed Parochus peccabit mortaliter, quia manet tota ratio legis prohibentis. *Nec obstat*, quod infamiam incurrant, nam hanc suæ culpæ & fornicationi imputare debent.

727. §. 22. Valet Matrimonium, cui assistit Parochus habens titulum invalidum sed coloratum cum errore communi, etiam si sit tantum laicus, qui reputetur Sacerdos, uti dixi l. 6. p. 1. n. 11. docentque *Côn. Barb. Sperell. decif. 30. n. 22. Krut. n. 667. Kugler à n. 940. Pignat. tom. 6. consul. 3. à n. 14.* dicens id valere, quamvis deesset coloratus titulus, si ex communi errore sit Parochus putativus: Addunt alii expressè, quamvis esset intrusus, sed melius contradicunt alii cum *Kugler à n. 948.* quia intrusus non habet titulum collatum ab Ordinario, ergo nullum nequidem coloratum

tum habet titulum, quem tamen requirit communissima.

§. 23. *Silv.* & alii dicunt Parochum assistentem Matrimonio debere esse Sacerdotem, tum quia debet posse benedicere nuptiis, tum quia *Trid. sess. 24. De reform. Matr. c. 1.* sic habet: *qui aliter, quam presente Parocho, vel alio Sacerdote..... contrahere attentabunt, eos S. Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, ergo cum dicat, vel alio Sacerdote, videtur innuere, quod Parochus etiam debeat esse Sacerdos.* Oppositum probabilius tenent cum communi *Henriq. Cón. Laym. Bonac. Barb. Sanch. l. 2. d. 20. n. 3. Kugler à n. 929. Gob. tr. 9. n. 486. Avers. q. 6. f. 3.* pro quo *Pontius t. 5. c. 17. n. 1.* refert declarationem *S. Congreg.* Ratio est, quia *Trid.* nullibi requirit, ut Parochus ipse sit Sacerdos, ideoque paulò post dicit, qui sine Parocho vel Sacerdote &c. omisso Tò alio. Nec rationes allatæ urgent, non 1. quia potest benedicere dicendo, ergo vos conjungo in nomine Patris &c. Nec 2. quia *Lucæ 23.* de Christo dicitur: *ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, neque tamen inde sequitur Christum fuisse nequam.* Unde à pari dixi n. 708. Episcopum & Vicarium generalem, quamvis necdum Sacerdotes posse assistere. Attamen ex relatis verbis *Trid.* rectè colligitur eum, cui committitur, ut loco Parochi assistat, debere esse Sacerdotem: quamvis Papa committere posset etiam non Sacerdoti, *Krim. n. 679.* Nec sufficit esse Parochum alterius Parochiæ, quia pro admittenda hac commissione habet se sicuti non Parochus, ergo debet esse Sacerdos, *Krim. n. 665. Avers. f. 4.* addens posse committere cuivis Sacerdoti, quamvis non approbato, & contra prohibitionem

nem Ordinarii, item quamvis excommunicato
&c uti jam dicitur de ipsomet Parocho.

729. §. 24. Valide assistit Parochus suspensus, interdictus, excommunicatus, publicè denunciatus & vitandus, schismaticus, degradatus, dummodo non sit actualiter depositus, quamvis enim, v. g. excommunicatus vitandus careat jurisdictione ad absolvendum, non tamen caret potestate præstandi suam qualificatam præsentiam, Nav. Suar. Henriq. Sanch. l. 3. d. 21. *Con. Pont. Laym. Avers. supra*, Castrop. De censur. d. 2. pu. 15. n. 2. *Dicast. De censur. d. 2. n. 659. Pignat. tom. 7. consult. 62. Krim. n. 666. Kugl. n. 318. contra Avilam & alios.* Putant quidem *Led. Con. Laym.* talem Parochum excommunicatum invalidè dare alteri licentiam assistendi, quia hanc dare videtur esse propriè actus jurisdictionis, sed melius contradicunt *Veza, Henriq. Dian. Barb. Sanch. q. 2. Kugler n. 967. Avers. q. 6. f. 4. §. Si verò*, cum quibus tenui l. 6. p. 2. n. 1565. nam sicut assistere non est propriè actus jurisdictionis, ita nec substituere aliquem ad assistendum. Unde valeret, quamvis etiam ille Sacerdos substitutus esset excommunicatus & degradatus, uti docent *Sanch. Barb. Boss. Kugler n. 336.*
730. §. 25. Quamvis Cap. *Licet canon*, De elect. in 6. statuatur, ut Parochus, qui intra annum non sit Sacerdos, ipso Jure sit privatus Parochia, etiam nulla præviâ monitione, tamen cum possessio in conscientia non vacet, nisi autoritate Judicis privetur, validè assistit Matrimonio, uti resolvit *S. Congreg. 12. Martii 1593. & 24. Martii, 1653. apud Pignat. tom. 8. conf. 24.*
731. §. 26. *Genetus c. 4. q. 10.* refert hanc declarationem *S. Congreg. datam 16. Febr. 1595.* De

validum censeri debeat Matrimonium celebratum in Parochia mulieris coram Sacerdote habente licentiam à Parocho viri, & presertim, cum Parochia viri & mulieris sint in diversis diocesis constituta, omnes fuerunt eus sententia, ut Matrimonium celebratum coram Sacerdote de licentia Parochi viri in Parochia mulieris, etiam in diversis diocesis ipse Parochia constituta sunt, valeat. Ratio est, quia illa assistentia Parochi non est actus jurisdictionis contentiosæ, uti n. 714. dictum est, nec respicit locum, sed tantum contrahentes, & ideo notat *Avers.* q. 6. f. 4. Sacerdotem, cui licentia assistendi data est, posse assistere etiam extra Parochiam concedentis, licet hic dixisset, ut in ecclesia vel Parochia sua assisteret, nam illa designatio loci, nisi aliud constaret, credi posset esse facta ab majorem congruitatem.

§. 27. Si Parochus dederit licentiam sub aliqua conditione, quæ non observetur, erit invalida, quia non operatur ultra mentem concedentis: rectè tamen docent *Sanch.* l. 3. d. 33. & alii cum *Avers.* q. 6. f. 4. §. ult. si dederit cum conditione, quæ de Jure inerat, v. g. ut nisi dispenseretur, præmittat denunciations, ut prius inquirat in impedimentum &c. quamvis id negligetur, licentiam & assistentiam fore validam, quia tum, nisi aliunde constet de restricta mente concedentis, censetur tantum apponi tanquam modus & admonitio quædam, ut servantur ea, quæ de Jure servanda sunt: Et in dubio talia verba, dummodo, eâ conditione, censentur esse modus, non strictè conditio, *Sanch. Boss. Kugler* n. 340.

§. 28. Si Parochus generaliter alicui dicat, *733.*
committo tibi omnes vices meas, vel constituo te in omnibus

bus Vicariam meam, vel committo tibi curam meam
 animarum, docent multi cum Avers. q. 6. l. 4. §.
 Item, committi etiam facultatem assistendi Ma-
 trimonio: è contrà si dicat, committo tibi ad-
 ministracionem Sacramentorum in mea Parochia, Cui.
 Hurt. Gurr. Perez, Boss. Kugler n. 333. negant per hoc
 dari licentiam assistendi Matrimonio, quia Sa-
 cerdos non est Minister Matrimonii, sed contra-
 hentes sunt Ministri. E contrà Rebell. Bonac. Fagn.
 Pont. l. 5. c. 29. n. 2. Perez, Castrop. Gallem. Barb. De
 off. Parochi. c. 21. n. 71. De Luca De Matr. d. 4
 n. 14. dicunt per hoc dari licentiam, testaturque
 Lugo in resp. mor. l. 1. dub. 38. n. 7. S. Congrega-
 tionem ita declarasse, quia in communi modo lo-
 quendi, & in sensu vulgi dicitur Parochus aut
 eius loco assistens etiam administrare Sacramen-
 tum Matrimonii. Dian. Gob. tr. 9. n. 487. Spor. De
 Matr. n. 364. probabilius distinguunt, dicuntque
 tum ceteri datam illam licentiam, si Parochus
 velit abesse, vel ipse assistere non possit, si autem
 maneat præsens & assistere possit, negant ceteri
 per hoc datam licentiam assistendi Matrimonio,
 sed tantum ad danda Sacramenta, quorum
 strictè Minister est Sacerdos.

734. §. 29. Quamvis delegatus regulariter non
 possit subdelegare, Cap. Cum causam, 62. De ap-
 pellat. l. 1. §. 1. & l. 3. ff. De offic. ejus, cui mandatum
 est iuridictio, ideòque Titius delegatus ad assisten-
 dum Cajo & Bertæ non possit hoc alteri com-
 mittere; at tamen constitutus etiam ad Matri-
 monium Vicarius Parochi, sive vice-cura ipsi
 commissa sit ab Ordinario, sive etiam ad pau-
 cos dies tantum à Parocho ipso, potest committe-
 re alteri Sacerdoti licentiam assistendi, quia
 delegatus ad universitatem causarum, sive ad
 omnes

omnes causas, saltem in certo genere, uti hic fit, potest subdelegare, dummodo subdelegeret ad particularem tantum causam, *Avers. q. 6. f. 4. §. Jam. De Luca ad Trid. disc. 26. n. 6. Krmn. n. 681. Kugler n. 330.*

§. 30. Si detur licentia ad quemcunque Sacerdotem, sponsi adire possunt, quem volunt, *Krmn. n. 683* Qui obtinuit, ut inire possit coram Parocho S. Petri, si ineat coram Parocho S. Martini, assistentia tum est valida, si designatio Parocho S. Petri est facta in gratiam petentis, nam est tacita & implicita licentia: ut etiam alium adeat: si autem hæc licentia esset facta ex speciali causa movente ad designandum Parochum S. Petri, ita ut non dimisisset ad alium, assistentia erit invalida, *Gob. n. 525*. Et conforme est dictis *L. 6. p. 2. n. 2241*. de dimisso ad Episcopum A. si petierit ordinari ab Episcopo B. Quoad Matrimonium tamen videndum, ne exponatur periculo nullitatis.

§. 31. Huc pertinet solutio sequentis casus: *736*. Episcopus dat Cajo Sacerdoti potestatem assistendi Matrimonio, omittis proclamationibus, cum facultate, ut possit alium juxta suam conscientiam loco suo substituere, qui assistat: Cajo generali scripto substituit omnes & singulos seculares aut Regulares, quos vel quem Titius elegerit: Titius eligit Regularem. *Queritur*, an valuerit illa ita generalis substitutio à Cajo facta, & consequenter an validum sit Matrimonium. *Re. 1.* Interrogandus Episcopus, quid intellexerit per illud, *juxta suam conscientiam*, & an voluntatem suam extenderit ad casum ejusmodi generalis substitutionis, sciet enim, quomodo fuerit saltem habitualiter dispositus: si autem inde nihil

nihil resciri potest: R. 2. Stando in verbis, non videtur Episcopus intendisse substitutionem ita generalem, 1. quia alias non Cajo, sed Titio ipsi immediatè fecisset potestatem eligendi Sacerdotem, quem vellet: 2. Cùm voluerit substitui alium *juxta conscientiam Caji*, videtur voluisse in Cajo adesse scientiam determinatè substituendi, *conscientia* enim dicit *scientiam* seu cognitionem, imò videtur elegisse prudentiam vel industriam hujus determinatè personæ Caji ad judicandum de conditione & aptitudine substituendi. Practicè loquendo; suaderem, ut illi Regulari substituto nunc daretur absoluta facultas Matrimonium illud validandi, si fortè invalidum est, poteritque ille facilè invenire modum renovandi consensum inter conjuges primo adhuc amore calentes, qui omnino tenentur revalidare, quia saltem probabile est Sacramentum illud valere, & ipsi cefferunt juri suo, etiam pro casu probabilitatis de invaliditate, uti dictum est n. 417. Ita cum aliis centis anno 1701.

737. §. 32. Item huc pertinet solutio sequentis casus: Titius & Cajo obtentâ dispensatione ab Ordinario contrahendi coram Parocho sponsa, aut de illius præscitu, & salvis juribus, coram alio Sacerdote, omisso proprii Parochi præscitu coram alio Sacerdote contrahunt, statimque alterâ die in convivio nuptiali solvunt proprio Parocho jura, qui eis congratulatur. *Quæritur*, 1., An præscitus proprii Parochi in dispensatione mentionatus sit per modum simplicis modum, an verò de forma & essentia, importetque clausulam irritantem. 2. Si importet, an assistentia proprii Parochi & congratulatio in convivio

nuptiali facta cenferi non poffit revalidatio prioris contractus. *R. ad 1.* Clausulam hanc commiffioni insertam, *de illius præfatu, & falvis juribus*, non videri irritantem, fed præceptivam duntaxat, ad vitandas querelas proprii Parochi, & ne defraudaretur juribus: Ratio est, quia ex una parte ampliffimus est in Jure favor Matrimonii, & ex altera parte decretum *Trid.* irritans Matrimonia, est correctorium, ideóque oportet femper stare pro valore Matrimonii, quando ea observata sunt, quæ præcisè à *Trid.* ad tollendam clandestinitatem præscripta sunt, ad quod fufficit contrahere *vel coram proprio Parocho sponsi aut sponse*, præsentibus duobus saltem aliis testibus, vel coram alio Sacerdote ex commiffione Parochi proprii, *vel ex commiffione Ordinarii coram alio Sacerdote & dictis testibus*, ubi non additur, *cum præfatu proprii Parochi*, neque ordinariè solet hoc addi in ejusmodi commiffionibus, eò quòd ille præfatus nihil faciat ad finem *Trid.* qui erat, poffe probare contractum factum, ad quod conferre poterat solum testimonium eorum, qui præfentes adfuiffent, ergo non obstante omissione præfatis validum est Matrimonium. *Confirmatur*, cum enim facultas hæc concessa alteri Sacerdoti non fuerit restricta ad conditionem præmonendi proprii Parochi, non videtur dubitari poffe de valore illius primi contractus matrimonialis. *R. ad 2.* Videtur illa congratulatione Parochi proprii, & ejusdem acceptatio facta à neo-sponsis cum repræsentatione jurium coram reliquis convivis esse fufficiens revalidatio consensûs antè præstiti. Ita censuerunt mecum Colonia anno 1700. Doctores octo ex hac Universitatè Coloniensi. Opponi potest ex *Her-*

rix.

rimx d. 5. q. 2. n. 25. Parochum debere adhiberi formaliter, id est, contrahentes debere velle coram ipso tanquam publico & necessario teste contractum, si autem ita adsit purè materialiter, ex mente contrahentium, non adhiberi tanquam testem, uti nec tum, si casu transiret & videret ipsos coram aliis contrahentes. R. Hi contrahentes præsumuntur adhuc velle Matrimonium, & reipsa iterum dant consensum mutuum coram Parocho & testibus, qui de hoc possint testari, ergo sufficit, secundum dicendum 760. & 761.

738. §. 33. Etiam huc spectat resolutio sequentis casus. Superior Religiosi Parochi nihil scientes de hoc, sed daturi facultatem, si petita esset, assistit loco Parochi Matrimonio Parochianorum. *Queritur an validè.* R. Negativè, quia hic non sufficit licentia præsumpta, uti notat *Syn. Colon.* anni 1662. c. 2. §. 8. tum enim Matrimonium reipsa non contrahitur præsentem Parocho vel Sacerdote de ejus licentia, *Cón. Fill. Sanch. l. 3. d. 35. n. 15. Gonz. ad Reg. 8. cancell. Gl. 47. n. 54. Pont. Barb. De off. Parochi c. 21. n. 69. Kugler n. 983. Nec obstat*, quòd ad ministrandam Eucharistiam & extremam Unctionem sufficiat præsumpta rati habitio de futuro, quamvis ista absque licentia Parochi fieri non debeant juxta *Trid. sess. 24. c. 13. De reformatione*, quia latum est discrimen, nam licentia Parochi pro Eucharistia vel Unctione non exigitur, ut validè ministrantur, sed ut licitè, ideòque non est necessè, quòd præcedat ministracionem, sed sufficit probabilis præsumptio illius futuræ; secus in Matrimonio, in quo præsentia Parochi vel alterius de ejus licentia requiritur ad valorem.

§. 34. Si Parochus videat alium Sacerdotem
 assistere Matrimonio, quem, cum facile posset,
 non impediatur, eo ipso dat licentiam assistendi,
 quia etiam in iis contractibus, in quibus requi-
 ritur positivus consensus, sufficit tacitus, quan-
 do aliquis videns & potens facile impedire non
 impedit, uti docent plurimi cum *Suar. t. 4. in 3.*
p. d. 26. f. 1. Sanch. l. 3. d. 35. n. 26. Lugo in Resp.
mor. l. 3. d. 16. n. 26. & De pœnit. d. 19. n. 23.
Avers. q. 6. f. 4. §. Demum, Kugler n. 984. contra
Fagn. & Bonac. Quod si reipsa internè non consen-
tiret Parochus, Ledesin. docet non valiturum Ma-
trimonium, quamvis contradicant Sanch. l. 3. d.
22. q. 7. & Averf. qui cum Sperell. decis. 30. n. 22.
 idem dicunt, si Parochus externè tantum & fi-
 dè diceret se consentire, reipsa autem internè
 non consentiret: Ratio horum est, tum quia va-
 lent gesta per Ministrum, qui communi errore
 computatur legitimus concurrente titulo præ-
 sumpto & colorato, secundum dicta l. 6. p. 1. n.
 112. ista autem videntur hinc intervenire; tum
 maximè, quia in ejusmodi rebus, quæ depen-
 dent ab autoritate Juris vel Superioris, cense-
 tur Jus ipsum vel Superior supplere defectum in
 remedium communis erroris pro communi bo-
 no, ergo.

§. 35. Si Parochus, qui Cajo dedit licentiam,
 revocet hanc, antequam Cajus assistat, & igno-
 retur revocatio, assistet validè. Idem dicunt
Sanch. Perez, Averf. q. 6. f. 4. §. Debet, Kugler n. 338.
 si Cajus revocationem audiret, non à Parocho
 ipso vel nuntio ab eo submisso, sed aliunde per-
 accidens. Idem est, si Parochus sit prius mor-
 tuus, & illa mors communiter ignoretur, quia
 communis error & ignorantia sustinet valorem
 eorum,

eorum, quæ geruntur per delegatum, Lugo in resp. mor. l. 1. d. 35. Krim. n. 677. Si autem constaret mors Parochi delegantis, Cajus invalide assisteret, quia potestas delegata ad unum actum specialem & determinatum re integrâ cessat morte delegantis, Sanch. l. 3. d. 22. à n. 55. & d. 28. à n. 64. Pont. l. 8. c. 19. & 24. Lugo supra. Barb. De off. Parochi c. 21. n. 74. testans sic esse resolutum à Rota. Et ideo l. 6. p. 2. n. 1543. dixi Sacellanum vel Vicarium missum, ut juvet Parochum, Parocho mortuo non videri posse assistere Matrimonii, dicitque Pignat. tom. 1. conl. 333. ita resolutum esse à S. Congreg. 18. Nov. 1645. est autem contra Suar. tom. 4. d. 26. n. 6. & 9. & ratio est tum quia talis facultas, quæ pendet à concedentis voluntate ut informata jurisdictione & potestate publicâ, extinguitur cum morte concedentis, tum etiam, quia Parochus mortuo Parocho transit ad regimen alterius.

741. §. 36. Qui habet licentiam assistendi, & licentiam non est valida, nisi acceptetur, concessio enim privilegii est quædam donatio, quæ alicujus facta tem acceptance indiget, Cap. 1. De præbend. in Avers. q. 6. f. 4. Kugler n. 995.

742. §. 37. Si per nuntium submissum petita à Parocho licentia, ut alius Sacerdos assisteret, & quia sciebatur eam esse obtinendam ante horam decimam, horâ 10. ineatur Matrimonium priusquam nuntius renunciet licentiam esse datam, Sanch. l. 2. d. 36. Hurt. Fill. Trull. Barb. De off. Paroch. c. 21. n. 75. Kugler n. 994. Avers. supra rectè dicunt valuisse licentiam, quia satis est licentiam esse rogatam & acceptatam à nuntio submissio: Si tamen Parochus licentiam motu proprio

prio aliter de rogatus dedisset, & Sacerdos aditiffet ante illam cognitam, non valeret, quia haberet se per modum privilegii, quod à nemine acceptatum esset, adeoque secundum dicta nu. 741. nihil operaretur. Idem dicit *Avers.* supra, & Sacerdos ille casu aliunde audivisset licentiam esse concessam: & rectè addit, regulariter credi non debere contracturis dicentibus, se licentiam talem habere, nisi scripto ostendant.

§. 38. Licentia est valida, quamvis metu sit 743. extorta, quia secundum dicta l. 3. p. 2. n. 636. & 638. contractus non tantum onerosi, sed etiam lucrativi, qualis est donatio, sunt validi, quamvis metu sint extorti, cum habeant libertatem Jure naturæ requisitam, & Jus positivum eos non irriter, ergo & talis licentia, quæ est quasi donatio, valebit, quamvis metu extorqueatur; *Sanch.* l. 3. d. 39. *Cin. Regim. Barb.* De off. Parochi c. 21. n. 65. *Avers.* supra, *Kugler* n. n. 973. Idem est, si detur contra ratihabitionem Episcopi, *Pont. Barb. Leuren.* in foro benef. p. 1. q. 435. n. 7. Item si per dolum & fallaciam impetrata sit, nisi Parochus dederit sub conditione, si vera sint, quæ afferuntur, uti ante dictum est.

§. 39. Tum non valet licentia, si dolus vel 744. error sit circa substantiam, uti si licentia petatur pro Titio, & substituatur Cajus, mens autem Parochi concedentis tendat determinatè in Titium, *Avers.* supra, *De Luca* de Matr. d. 3. *Pignat.* tom. 5. consult. 78. idem dicens, etiam si Parochus cognitâ veritate fuisset licentiam pro Cajo daturus. *Si dicas* errorem nominis non vitare contractum. *Re.* id verum esse in eis, in quibus non erratur in substantia, uti si filio Titii legaveris centum, quem per errorem vocasti Titium,

cum vocaretur Cajus, quia intendebas istam personam: in nostro autem casu erratur in persona, quia mens concedentis non tendebat in Cajum, sed Titium, error autem in persona respectu Matrimonii est substantialis. Nec obstat, quod Matrimonium foret validum, si Parochus ipse assisteret Cajo putans esse Titium, uti declaravit S. Congreg. apud Pignat. n. 8. nam ad valorem Matrimonii non requiritur consensus Parochi, ergo satis est eum etiam invitum assistere Matrimonio sui Parochiani, de quo testari possit, quisquis tandem ille sit, adeoque hic non est error substantialis: è contra consensus Parochi requiritur ad licentiam pro hac determinate persona, ergo si in hac erratur, est error in substantia. Notat verò De Luca, disc. 4. si Parochus dederit licentiam ad assistendum personis, etiam non designato illarum nomine, ita tamen, ut Parochi voluntas satis cognoscatur fuisse determinata ad istas personas, quibus delegatus assistet, Matrimonium fore validum: idem iterum docet ad Trid. disc. 26. n. 21. V. Kugler à n. 977.

745. §. 40. Matrimonium Caji & Bertæ hæreticorum contractum coram Parocho illius loci catholico, validum est, solus enim catholicus est verè illorum proprius Parochus, Rayn. in Heter. tom. 16. f. 1. pu. 14. n. 18. Majus dubium est, an talis Parochus catholicus licitè assistat ejusmodi Matrimoniis hæreticorum in sua Parochia habitantium. Negat Pignat. t. 7. c. 55. n. 12. Affirmant Castrop. d. 4. p. 11. n. 13. Krim. n. 68. Kugler in. 310. quia quamvis non sit purus testis, tamen etiam non est Minister, sed ex ordinatione Ecclesiæ interesse debet, ut valere possit tale Matrimo-

Matrimonium: imò putârunt Theologi Rhenani, uti refertur in l. 4. Archiv. Rheni infer. pag. 2. & seqq. posse benedicere, uti & aspergere aquâ benedictâ, maximè cum illæ benedictiones sint deprecatoriæ, & non enunciativæ. Romani Theologi interrogati distinxerunt, ac putârunt, si assistat, ubi decretum *Tridentini* non est publicatum, non plûs peccare, quàm si assistat Matrimonio publici peccatoris: Si autem assistat, ubi publicatum est, dubitârunt, quia videtur consentire administrationi Sacramenti indignæ, quam posset impedire non assistendo; & idem sensit Pœnitentiaria, addens testes quoque ideo mortaliter peccare, itémque Parochum benedicendo, videtur enim dignius sacramentale, quàm aspergere aquâ benedictâ, sed l. 2. n. 99. dixi præcisè assistere tali Matrimonio non esse illicitum in Germania, eò quòd sit cooperatio materialis tantùm: attamen de more benedicere esse illicitum. Quòd si unus contrahentium sit catholicus, alter acatholicus quamvis *Pignat.* tom. 4. conf. 144. & 188. dicat illicitum esse assistere sine causa à Sede Apostolica approbata, & consentiat *Serrarius* l. 3. n. 124., tamen praxis est communis in Germania, ut fiat: imò probabile est, quod licitè etiam benedicat tali Matrimonio, secundùm dicta l. 2. n. 99. Attamen dicam hìc n. 995. illicitum esse adhibere puerperæ acatholicæ benedictiones purificationis, uti & defuncto acatholico cæremonias ecclesiasticas, secundùm dicta l. 2. n. 112. An autem & quando licitum sit Matrimonium catholici cum acatholica, dixi l. 2. à n. 95.

§. 41. Vagi sunt, qui certam ac constantem sedem habitationis nullibi habent: item, qui

Hh 3

post

II.
L. 1.
L. 2.
L. 3.
L. 4.
L. 5.
L. 6.
L. 7.
L. 8.
L. 9.
L. 10.
L. 11.
L. 12.
L. 13.
L. 14.
L. 15.
L. 16.
L. 17.
L. 18.
L. 19.
L. 20.
L. 21.
L. 22.
L. 23.
L. 24.
L. 25.
L. 26.
L. 27.
L. 28.
L. 29.
L. 30.
L. 31.
L. 32.
L. 33.
L. 34.
L. 35.
L. 36.
L. 37.
L. 38.
L. 39.
L. 40.
L. 41.
L. 42.
L. 43.
L. 44.
L. 45.
L. 46.
L. 47.
L. 48.
L. 49.
L. 50.
L. 51.
L. 52.
L. 53.
L. 54.
L. 55.
L. 56.
L. 57.
L. 58.
L. 59.
L. 60.
L. 61.
L. 62.
L. 63.
L. 64.
L. 65.
L. 66.
L. 67.
L. 68.
L. 69.
L. 70.
L. 71.
L. 72.
L. 73.
L. 74.
L. 75.
L. 76.
L. 77.
L. 78.
L. 79.
L. 80.
L. 81.
L. 82.
L. 83.
L. 84.
L. 85.
L. 86.
L. 87.
L. 88.
L. 89.
L. 90.
L. 91.
L. 92.
L. 93.
L. 94.
L. 95.
L. 96.
L. 97.
L. 98.
L. 99.
L. 100.

post relictum corpore & animo pristinum domicilium iter faciunt, quærentes, ubi se collocent, unde qui relicto priori domicilio confert se ad locum, ubi decrevit figere domicilium, dum est in via, caret domicilio & est vagus, nam caret domicilio, quod habuit, quia deseruit illud animo & facto; deinde caret illo, ad quod tendit, quia non comparatur solo animo, nisi accedat factum; præterea non habet quasi domicilium Parochiæ, per quam transit, quia hospes brevis temporis nequidem quasi domicilium contrahit, ergo nullum habet domicilium, & consequenter est vagus, *Sanch. l. 3. d. 25. à n. 3. Less. in auct. v. Matrimonium, cas. 13.* Ille tamen non censetur vagus, qui de una Parochia intra unam urbem, v. g. è Parochia S. Severini vult ire habitatum ad Parochiam S. Cuniberti, & interea moratur in Parochia S. Martini, cum talis sit notus in urbe, debet proclamari & conjungi, vel ubi diutius habitavit, id est, in Parochia S. Severini, vel ubi habitare inceperit cum animo ibi permanendi saltem per majorem anni partem, quæ erit Parochia S. Cuniberti, *Sanch. à n. 8.*

747. §. 42. Possunt vagi inire Matrimonium apud quemcunque Parochum. Et quamvis contradicant *Sanch. Laym. Pont.* & alii communiter, tamen probabile est cum *Cön. Perez, Vallensi, Pirk. Dicast. Staleno* De denuntiat. c. 10. *Kugler n. 304.* invalidè assistere extra fines suæ Parochiæ, quia vagi loco Parochi domicilii habent Parochum hospitii, hospitium autem jam habent tantum intra fines hujus Parochiæ, ergo etiam Parochum. Deinde titulus, quare hic potius quam omnis alius Parochus possit huic vago assistere, est,

est, quia hic vagus est in hac Parochia & non alibi, ergo. Et sufficere alterutrum esse vagum, dicam n. 750. Attamen Trident. sess. 24. De ref. Matr. c. 7. *Parochis præcipit, ne illorum Matrimonis intersint, nisi prius diligenter inquisitionem fecerint, & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.* Putantque *Sanch. & Avers.* q. 7. f. 1. hoc præceptum graviter obligare, sicuti enim secundum dicta n. 474. præceptum proclamationum graviter obligat, ita & hoc præceptum inquirendi, cum per ordinarias proclamationes non satis provideri possit. Posset tamen esse excusatio, si viatores expectare non possint, & causa sit non differendi Matrimonium. De cætero etiam *Syn. Colon.* anni 1662. De Matr. c. 3. §. 7. prohibet sub pœna suspensionis à divinis, ne Parochi vagos conjungant, nisi diligenter prius inquisitione factâ & re Superioribus significatâ, licentiam scripto obtinuerint. Quod si Parochus ista negligat, valebit Matrimonium, uti valet, si illicitè omittantur proclamationes, quia *Trid.* non prohibet absolute Matrimonium absque præmissa diligentia & licentia, sed tantum præcipit Parochis, ut diligentiam illam præmittant, & licentiam petant, estque speciale in Matrimonio, quod ex simplici prohibitione absque decreto irritante non censeatur annullari, *Sanch.* à n. 16.

§. 43. Si alicubi esset Confessarius pro vagis deputatus autoritate Papæ, hic deberet assistere, quia ex voluntate habentis potestatem in omnes vagos hic solus esset proprius eorum Sacerdos in eo loco, *Sanch.* n. 12. *Kugler* n. 306. Id tamen non tenet, si sit designatus tantum ab Episcopo, quia hic in omnes vagos non habet jurisdictionem.

749. §. 44. Sicut quilibet Parochus, cui vagus se subijcit, potest ejus Matrimonio assistere, ita posset talis Parochus dare licentiam cuicumque alteri Sacerdoti pro se in sua Parochia assistendi, *Sanch. n. 15.*
750. §. 45. Si miles, qui Capellanum vel Militarium catholicum non habet, per sex septimanas sit Coloniae, & ducat puellam Coloniensem, *Less. in auct. v. Matrimonium, cas. 13.* dicit valde copulari & licite quocumque alio loco, quia ceteri milites quamvis in patria sua habeant domum & domicilium, nihilominus dum sunt in expeditione foris, æquiparantur vagis nullibi habentibus domicilium, & cum liberè possint omni tempore contrahere Matrimonium, & omni horâ debeant esse parati ad abeundum huc illuc, quò necessitas & mandatum vocabitur, non habent animum hîc habitandi per majorem anni partem, ergo non acquirunt hîc, nequidem quasi domicilium, sed manent quasi vagi, adeoque jus habent, ut copulentur, ubi volunt, *Schiara l. 6. diff. 13.* & consequenter etiam sponsa cum illis, nam sufficere alterutrum esse vagum, habet communis cum *Sanch. l. 3. d. 15. n. 14. Pontio l. 5. c. 14. §. 1. Laym. l. 5. t. 9. p. 2. c. 4. Gutt. Leand. Tamb. Boss. Dicast. Gob. t. 9. n. 495. Barb. Kugler n. 308. Krim. n. 670. contra Petr. Ledesman,* qui dicit, si alter tantum sit vagus, requiri Parochum illius, qui non est vagus.
751. §. 46. Putârunt aliqui, milites omnes in diœcesimonasteriensi censerî vagos, usque adeo etiam Philistæos, ut vocant, sed quoad hos Philistæos, quando in patria sunt, credo oppositum esse verum, sunt enim rustici habitantes stabiliter in suis Parochiis, & tantum pro temporanea

necessitate aliquando evocantur. Quoad illos milites, qui sunt in præsidio, vel etiam multo tempore inserviunt suis Officialibus tanquam famuli in arcibus nobilibus, *Lessius*, quem citat *Gob. tr. 9. n. 495.* videtur eos annumerare vagis, sed dicendum est, si apud ipsos stet, ut per majorem anni partem permaneant in servitio sui Officialis in arce nobili, & re ipsa animum habeant ibi permanendi per majorem anni partem, quod acquirant ibi quasi domicilium, adeoque non sint vagi, sed subditi Parochi istius loci. Et ideo docet etiam *Schiava diff. 12. n. 11.* milites tum acquirere quasi domicilium in loco, ubi v. g. custodiunt fortalitium, si velint ibi permanere & habeant quasi certitudinem ibi permanendi per majorem anni partem: E contra si securi non sint de permansione, & consequenter animum non habeant permanendi ibi per majorem anni partem, nec alibi domicilium habeant, sunt vagi. Quoad alios milites, qui castra sequuntur, præter dicta n. 750. colligetur ex resolutione casus sequentis. Autoritate Episcopi, ad quem pertinet Legio, constitutus est Sacerdos castrensis, cum mandato, ut milites dictæ legionis coram illo, & nullo alio contrahant Matrimonia, eumque habeant pro vero Parocho in omnibus: *Queritur*, si miles dictæ legionis, qui alioqui vagus est, coram alio quocunque Parocho contrahat, an hoc Matrimonium futurum sit validum. *Re. Dicastillo d. 3. n. 133.* in simili casu putat probabilius esse invalidum, & videtur consentire *De Luca & Krim. n. 671.*, quia quamvis talis miles sit vagus, tamen ex ordinatione Superioris ecclesiastici habet Parochum, ergo debet coram hoc contrahere. *Opposi-*

H h 5

posi-

II.
I
mor.
Lidi
Troix
VIII

positum videtur probabilius, nam quemdiu manet vagus, non habet ullibi domicilium, ergo nec Parochum, quia ex domicilio quis fitur Parochus, Cap. ult. *De Parochis*. Nec Episcopus potest immutare Canones, quod tamen posset Papa, secundum dicta n. 725. Unde talis Sacerdos statuitur quidem ab Episcopo, tanquam Parochus legionis, cui possit se miles huius legionis subicere & coram illo validè contrahere, si velit, sed non ideo est ipsi necessario subiectus, uti nec subiectus est ipsiusmet Episcopi absentis iurisdictioni spirituali, cum vagus nullius sit diœcesis, sed habet jus se submitendi, cui volet. Praxis tamen est, ut hi milites contrahant coram Missionario talis legionis. Debere etiam talium militum fieri proclamationes sive sollicitationes, dixi n. 475.

752. §. 47. Dubitatum est, an Missionarius castrensis validè assistat Matrimonio militis catholici è legione acatholica catholico Parocho destituta: vagi quidem sunt milites, & ideo inire possunt Matrimonium coram Parocho quocunque, sed debet esse Parochus loci, in quo contrahitur, non autem sufficit esse Parochum legionis non suæ, cum hic non sit Parochus loci, in quo sunt castra, & ideo iudicârunt tres Doctores mecum talem Castrensem invalidè assistere, nisi censeatur etiam esse istius acatholicæ legionis Castrensis.

753. §. 48. Huc pertinet resolutio sequentis casus: Titius miles catholicus in legione Hollandica, ducit Colonia Bertam acatholicam coram prædicante legionis acatholico, & duobus testibus. *Queritur*, an Matrimonium valeat. *Responsum* Bertam pertineat ad legionem, in quâ est iste Prædicans.

dicans, probabiliter valet, quia Matrimonia talia in Hollandia habentur pro validis, & legiones Hollandicæ extra Hollandiam censentur gaudere eodem jure vel dissimulatione Ecclesiæ, quia etiam censi possunt velut Parochiæ cum suo pseudo-parocho ambulantes secundum dicta l. 6. p. 2. n. 1518. E. contrà, si Berta non pertinet ad legionem, Matrimonium est invalidum ob defectum Parochi, nam Prædicans respectu Titii non est Parochus, nec extendenda est tacita Ecclesiæ licentia aut dissimulatio ultra casus in locis acatholicis receptos. Ita censuimus Colonia anno 1708. Inde censuimus anno 1713. valuisse in casu, quo miles acatholicus legionis Hollandicæ coram Prædicante suæ legionis Bonnæ duxerat mulierem Catholicam è Belgio, viduam militis olim ejusdem legionis. Attamen abesse debet scandalum, & si fieri possit, suaviter adducendi sunt ad Parochum catholicum, vel ad alium Sacerdotem habentem ejus licentiam, ut coram hoc & testibus renouent consensum.

§. 49. Si quis tanquam viator seu peregrinus transeat per aliquem pagum, putant *Avers.* q. 6. f. 754.

2. §. *At. Pont. &c.* posse copulari à Parocho loci. Huic sententiæ videntur favere *facultas Viennensis & Tam.* apud *Gob.* n. 484. affertque pro ea declarationem *Congreg. Barb.* in collect. ad *Trid.* sess. 24. c. 1. De reform. Matrimonii n. 12. sed secundum dicta n. 713. absolutè tenendum est oppositum. Neque primam sententiam tenet *facultas Viennensis*, nam tantùm loquitur de veniente ad locum, ubi *Trid.* non est receptum, de quo casu dixi n. 712. Verba *facultatis Viennensis* sunt hæc: *illi idem* (acatholici, inquit *Gob.*, habentes domicilium, ubi viget decretum *Tridentini*) *validè*

II.
I.
mor.
Lidii
Troix
VIII

contrahunt Matrimonium clandestinum, ubi non est
ceptum Trid. decretum, si deveniant casu, aut per mo-
dum transeuntis, sed non ex industria, ut contrahat
sine proprio Parocho. Barbosa autem verba sunt huc
validum fuisse Matrimonium cujusdam juvenis cum me-
retrice, qui dubitaverat illud in propria civitate con-
trahere adhibendo Concilii Tridentini solennitates, eo quod
juvenis parentes eis impedimentum de facili factum
erant, & propterea Romam venerunt, & coram rectoribus
& Parocho, in Parochia, in qua aliquantulum pernoctare
erant, Matrimonium contraxerunt per verba de presen-
ti, firmat Aldan. in Comp. Canon. Resol. l. 1. tit. 8. n. 2.
attestans decisum in Senen. 17. Maji, 1600. Huc in-
telligi debent, uti innuit Dian. quod juvenis ille
animo habitandi Romæ saltem per majorem
anni partem, statim initio acquisivisset domici-
lium, secundum dicta n. 722.

755. §. 50. Famuli, ancillæ, studiosi possunt pro-
clamari & jungi Matrimonio à Parocho loci, in
quo sunt servitii vel studiorum causâ, nam per
voluntatem hic manendi per majorem anni
partem acquirunt quasi domicilium, uti constat
ex dictis n. 721. Nec tamen ideo amittunt pro-
prium domicilium habitationis suæ vel patri-
niæ, uti dictum est n. 719.

756. §. 91. Huc pertinet solutio sequentis castus: Ti-
tius miles obtinuit licentiam in patriam eun-
dum, petiitque dimissionem à militia, quæ ipsi promissa
est, quamvis necdum facta fuerit conventio, quan-
tum dare deberet: In patria constitutus ante Ma-
trimonium contractum bis solvit certam sum-
mam ad computum: interim contrahit sponsa-
lia cum Berta, & copulantur coram Parocho al-
terius diocesis. *Queritur*, quid de illis dicendum
sit. Matrimonium illud videtur nullum, nam Ti-
tius erat virtualiter manumissus, quia in eja-
pote

potestate erat reliquum pecuniæ exsolvere, sicque se liberare à militia, ergo cum vellet constanter habitare in Patria deuit esse vagus, & primo die recepit hic suum domicilium, ergo habuit proprium Parochum, coram quo tamen non contraxit. *Conf.* nam cum ante Matrimonium bis solverit partem pretii, videtur præcessisse aliqua conventio, adeoque completus fuisse contractus dimissionis sub obligatione pretii persolvendi, licet fortè ejus quantitas non esset expressè determinata, sicuti contractus emptionis completus esse potest ante expressam determinationem aut persolutionem pretii, si nempe emens dicat vendenti, se persoluturum pretium condignum vel ordinarium. *Nec obstat,* quod Titius absolutè potuerit revocari à Capiteo, nam hoc dato, etiam filius aliunde huc missus ad studia potest omni die revocari à Patre, & nihilominus, si voluerit per majorem anni partem hic habitare, primo die acquisivit quasi domicilium, habetque hic Parochum proprium in ordine ad contrahendum Matrimonium secundum dicta à n. 721. ergo multò magis Titius volens perpetuò remanere in patria, in cujus præterea potestate erat reliquum pretii persolvere, & se reddere irrevocabilem.

§. 52. Quamvis *Busenb.* cum communi dicat etiam parentes posse hic esse testes, & *De Luca De Matr. d. 6. Krim. n. 673. Kugler n. 1026.* cum communi fateantur non requiri, ut testes hic sint omni exceptione majores, tamen idem *De Luca d. 2. n. 16. citans Passer. Alex. Menoch. Mascard.* docet, si v. g. Pater agat pro valore Matrimonii, ut salvet honorem filia, tunc talem patrem potius esse partem interessatam & principalem in cau-

II.
I.
mor.
Lidii
troix
VIII

causa, ideòque non posse implere munus testis; Et *Kugler* n. 343. meritò dicit parentes in multis casibus meritò esse suspectos nec sufficere. Similiter *De Luca* disc. 26. n. 3. probabiliùs dicit, si Matrimonium contrahatur per Procuratorem, præter hunc requiri adhuc duos alios testes, et quòd hic nequeat esse testis de facto proprio, tum maximè, quia *Trid.* præter contrahentes requirit testes, Procurator autem hic est contrahens, quamvis id faciat nomine alterius.

758. §. 53. Non est opus, ut testes noverint, cuius nominis vel familiæ sint contrahentes, dummodo videant, & dicere possint hos esse, *Less.* in aut. v. *sponsalia* cas. 7. Si autem testes sint surdi, & et visu possint judicare, quid fiat, sufficit, *God.* n. 10. n. 749. Idem dicunt *Sanch. Pont. Fill. Meno.* De probat. concl. 278. n. 10. *Avers.* q. 6. f. 6. si sint cæci, & audiant ac nòrint voces loquentium. Absolutè autem opus est, ut testes morali & humano modo assistant, ac intelligant, quid fiat, nam *L. coram Titio*, ff. De verbo signif. dicitur, *coram Titio aliquid facere iussis, non videntur præse- eo fecisse, nisi is intelligat.* Nec sufficit, quamvis iverint ex intentione assistendi Matrimonio, dum initur, actu non advertant, quid agatur, si habet communis cum *Kugler* à n. 320. contra *Henriq. & Bossium*, quia de contractu ipso testat non poterunt.

759. §. 54. Si Parochus & testes non intelligant linguam contrahentium, *Sanch.* dicit sufficere, si unicus interpret referat eorum intentionem. *Pont.* sufficere negat dictum istius unius, quia Ecclesia requirens tres testes, majorem fidem postulat, stantes autem dicto unius interpretes erunt quasi unus tantum testis: sed rectè no-

Avers. q. 6. f. 6. Parochum & testes partim ex dicto interpretis, partim ex aliis signis sufficienter posse eorum intentionem colligere.

§. 55. *Bonac. Leand. Pont. Amic. March.* docent 760. ad assilientiam validam Parochi requiri, ut sit vocatus, pro quo *Gonz.* ad Reg. 8. cancell. Gl. 48. n. 35. refert hanc declarationem *S. Congreg. Parochus præsens Matrimonio debet esse, ut appareat à contrahentibus adhibitum fuisse; secus, si præsens casu fuisset.* Rationem dant, quia quando interven-tus requiritur ad formam actus, non sufficit illum, cujus præsentia requiritur, casualiter actui supervenire, quia qui casualiter adest, adesse non videtur, *Gonz.* n. 32. citans *L. Questum, §. fin. ff. De legat. L. Generali, §. uxor ff. De usufr., & sic testis repentini dictum nullum est, quia non præsimitur sufficienter informatus, Cap. Qui ambulat 5. q. 5. Barbat. Gomez. Gonz. n. 33.* In alia tamen declaratione *S. Congreg.* apud eundem *Gonz.* habetur, Parochum dici posse adhibitum, quamvis ex alia causa esset vocatus: faterurque *Gonz.* n. 22. non requiri citationem, ubi adest præsentia, quæ habetur pro citatione, *L. De unoquoque, ff. De re judic. Bald. Bartol. Abb. Vantius* apud *Leur.* in foro benef. p. 2. q. 781. n. 4. Hinc *Sanct. Laym. Perez, Boss. Rayn.* in *Heter.* tom. 16. f. 1. pu. 14. n. 6. *Less.* in auctar. v. *Matrimonium* cas. 15. *Avers.* q. 6. f. 6. *Pignat.* t. 4. c. 147. & tom. 5. conf. 79. n. 19. *De Luca* De Matr. d. 2. n. 9. & d. 6. n. 5. iterumque ad *Trid.* d. 26. n. 26. *Krim.* n. 673. *Busenb.* supra melius dicunt non requiri ad valorem, ut Parochus vel testes volentes adsint, & videtur esse certum, inquit *Kugler* n. 1012. nam *L. Coram Titio ff. De verb. signif.* dicitur, *scire, non autem velle is debet, nam etiam eo invito recte fit:*

II
I
IIII
V
VI
VII
VIII

fit: ratio autem est, quia etiam si inviti & vitentur, advertere poterunt & testari debent, si requirantur: quamvis enim statuatur pro testamentis, ut testes non sint fortuiti, nihil simile statuitur pro Matrimonio, ut pluribus deducit Kugler à n. 1019. Multò minùs opus est, ut Parochus verbis certis aut etiam ullis utatur ad eos copulandos, secundùm dicta n. 285, & pluribus ostendit Kugler à n. 322. Refertque Genest. c. 4. q. 10. hanc declarationem S. Congreg. datam 29. Aug. 1591. *sacra Congregatio concilii censuit Matrimonium coram Parocho & testibus contractum, nisi aliud obstat, validum esse, quamvis Parochus invitus interfuerit, & alia de causa, quàm ut Matrimonio intereffet, à contrahentibus accersitus fuerit.* Putant tamen plures cum Avers. f. 6. & Pignat. graviter peccatorum, qui ita irreverenter abuteretur Parocho: addit f. 7. etiam graviter peccatorum Parochum, qui non interrogaret sponso de consensu, vel omitteret verba, *Ego vos conjungo* uti ex Trid. præscribunt Ritualia: sed alii cum Sanch. l. 3. d. 38. & 40. agnoscunt in omissione illorum veniale tantum: imò Cón. dicit posse illicitum adhibere Parochum etiam invitum & nihil loquentem, si nempe nolit aliquibus assistere, non habens justam causam negandi aut differendi, quod tamen præsumi non debet: rectè notat Avers. f. 7. §. Rursus, fore causam differendi, si contracturi non sciant necessaria ad salutem. Non esse de valore, ut Sacerdos interroget, vel dicat: *Ego vos conjungo*, dixi n. 285.

761. §. 56. *Quamvis contrahentes ex verbis modo agendi visi sint joculari vel aliud intendere, si internè consenserunt, Matrimonium valet, quia sufficienter manifestarunt, nec opus est Parochum*

E
2Th
PCL
La

Tom

C

rochum vel testes scire intentionem, aut testari de voluntate interna, sed de actu externo, quamvis de intentione dubitent, ita Nav. De sponsalibus conf. 54. Imò licèt persuasum sit testibus omnia fieri simulatè, aut licèt putent contrahere de futuro, quando per verba de præsentì contrahunt, valet, Less. in auct. v. Matrimonium, cal. 15.

§. 57. Si sponsi coram Parocho & testibus 762. contraxerint tantùm sub conditione exterius expressa, Sanch. l. 5. d. 8. n. 24. Fill. Gob. Boss. Spor. Krim. n. 484. & 872. Kugler n. 735. negant post conditionem positam opus esse iterum convenire Parochum & testes, quia positâ conditione contractus est hoc ipso absolutus, secundùm dicta n. 246. & de isto contractu testari possunt, nec opus est posse testari de omnibus, aliàs deberent posse testari de mandato dato procuratori pro contrahendo inter absentes Matrimonio. E contra communior & securior sententia cum Laym. Præp. Cón. Hurt. Barb. Bonac. Castrop. d. 2. pu. 11. §. 2. n. 11. Perez, Illf. Burgh. cent. 2. cal. 3. & aliis, dicit iterum contrahendum coram Parocho & testibus eisdem. Avers. q. 5. f. 1. dicit, debere saltem Parochum & hos testes rescire de conditione impleta, alioquin non poterunt testari hoc Matrimonium esse perfectum, Trid. autem videtur requirere, ut de Matrimonio perfecto constet per Parochum & testes: Quod Conf. 1. nam si recederent à conditione & non attentâ contradictione parentum, quorum consensum posuerant pro conditione, nunc absolutè de præsentì contraherent, hoc Matrimonium non valeret, nisi de hoc rescirent Parochus & testes, ergo etiam, dum impletâ conditione Matri-

Tom. VIII.

Ii

me-

II
I
mor.
Lidii
troix
VIII

monium absolute contrahitur. *Conf. 2.* nam si conditio occultè adimpleretur, possèt alteruter sponsorum negare Matrimonium suum unquam fuisse perfectum, ergo ex mente *Trid.* debent Parochus & testes rescire Matrimonium esse post conditione perfectum. Si tamen contrahentes coram Parocho & testibus non expressissent conditionem, sed ex mutua conventionem eam clam in animo retinuisent, rectè dicunt *Gonz. & Krm.* n. 482. non requiri postea iterum adesse Parochum & testes, aut de conditione impleta rescire, quia testari possent Matrimonium pro foro externo esse absolute & sine conditione contractum.

763. §. 58. Si Titius & Berta priùs contraxerint coram Parocho & uno tantum teste, postea autem renovent consensum coram utroque testibus, sed absente Parocho; vel coram Parocho & altero tantum teste; item, si Titius cum Parocho compareat coram duobus, & Berta cum eodem Parocho coram duobus aliis testibus, & si quando diversæ Parochiæ sunt, Titius solus cum testibus compareat coram Parocho suo, & sola Berta cum eisdem testibus coram suo, in omnibus his casibus contrahunt invalide, quia omnes tres testes, nempe Parochus, qui est testis qualificatus, & reliqui duo, debent posse testari de eodem actu, & eodem toto Matrimonio, & habet communis & certa cum *Avers. q. 6. f. 5. c. 6. Kugler n. 342.*

764. §. 59. In dubio, an Matrimonium sit initum coram Parocho & testibus, non debet præsumi esse initum, quia solennitas actui extrinsece præsumitur esse adhibita, nisi probetur, unde Pastor vel Superior alius de eo dubitet & inquit

rat, conjuges probare debent presentiam intervenisse. Si tamen privatus vel conjugum unus agat contra alterum, qui sit in possessione Matrimonii, & prior dicat, vel abfuisse Parochum, vel eum, qui adfuit, non habuisse potestatem Parochi, hic prior probare debet Parochum & testes abfuisse, & conjux conscientia suae est relinquendus. Similiter actor agens contra legitimitatem proles probare debet non adfuisse Parochum vel testes, *Miscard. Sanch. Schild. tr. 6. c. 7. §. 3.*

§. 60. Certum est contrahentes sine Parocho vel sine testibus non ideo fieri inhabiles ad aliud Matrimonium legitime contrahendum, nam *Trid. expressè dicit reddi inhabiles ad sic contrahendum*: hos tamen contrahentes, uti & Parochum, si assistat sine testibus, & testes, si assistant sine Parocho, *Trid. sess. 24. c. 1. De ref. Matr. præcipit puniri poenâ arbitrariâ: & speciatim quoad illos, qui contrahunt clandestinè, si saltem eorum unus contraxisset bonâ fide, per Cap. Ex renove, Qui filii sint legitimi, eorum proles censentur legitimæ, nunc autem per Cap. Cum inhibicio, De clandest. despons. proles ejusmodi non habentur legitimæ. Et hæ poenæ tenent etiam contra illos, qui præsumunt contrahere sine præviis denunciationibus, uti dictum est n. 498.*

§. 61. Parochus vel alius Sacerdos assistens Parochianis alienis ipso facto incurrit suspensionem, uti constat ex *Trid. sess. 24. c. 1. De ref. Matr. quod retuli n. 504. docentque Henriq. l. 13. c. 39. n. 3. Fill. tr. 17. c. 6. n. 102. Castrop. De cens. d. 4. p. 10. §. 2. Bonac. t. 3. De censur. d. 3. p. 5. n. 6. & habet declaratio ad Trid. supra apud Gallem.*

II.
I.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.

n. 16. excommunicationem latam in Clement. I. De privilegiis contra Sacerdotem regularem ita assistentem, esse convertam in hanc suspensionem. Quod si Parochus ipse non adfuerit, sed alteri commiserit, ut assisteret, in hunc solum assistentem, & non in Parochum directè cadet pœna *Trid.* quia quando pœna fertur in facientem, ordinariè non intelligitur mandans vel consulens, uti habet communis cum *Castrop. Suprà*, d. 1. p. 7. n. 12.

767. Q. 101. Quid censendum sit de Matrimonio, quæ in locis acatholicorum contrahuntur sine Parocho catholicis, vel cum impedimento consanguinitatis aut affinitatis in tertio & quarto gradu. R. Præter illa, quæ habet *Busenb.* n. 512. relatus in fine, notandum est, certum esse, quod decretum *Trid.* circa Matrimonium clandestina non sit promulgatum etiam in *Hybernia* & *Scotia*, quia *Henricus VIII.* defecit à fide anno 1532. sessio autem *Tridentini*, in qua emanavit decretum, habita est anno 1563. Et idem etiam promulgatum non esse in *Suecia*, *Dania*, *Pomerania*, *Prussia*, docent *Neuss.* & *Wexap.* *Kugler* num. 289. qui dicit promulgatum esse in *Hungaria* & *Silesia*. De *Polonia* passim tenent, quod ibi nunquam fuerit publicatum, aliam opinionem admittunt de quibusdam tantum locis. Idem multi tenent de *Francia*, sed probabilius est ibi promulgatum esse anno 1602. uti ostendunt *Less.* in auct. v. *Sponsalia* cas. 6. *Verjays* in *paristor.* miss. tr. 13. a. 1. *Pignat.* tom. 1. conf. 151. Similiter certum est hoc decretum esse promulgatum in *Hollandia*, *Zelandia*, *Frisia*, & aliis locis confederatis, anno 1565. & 1566. tempore *Margarete Parmensis*, jussu *Philippi II.* *Hispaniarum* Regis, cui adhuc suberant *Provinciae illæ*. Nunc dicitur

tatur an Matrimonia five inter catholicum & acatholicam, five inter acatholicos, aut etiam inter catholicos in talibus locis, ubi promulgatum fuit decretum *Tridentini*, & adfunt Parochi catholici, si contrahantur sine praesentia hujus, vel in tali gradu prohibito, sint valida.

§. 2. *Stalenus* doctè tractans hanc quaestio-
nem in diff. Theologico-Politica p. 2.c.4. docet
768. probabilissimum & in praxi securum esse, quòd
in talibus locis nunc Principi vel Magistratui
acatholico subjectis, in quibus pax & exercitium
utriusque religionis viget, talia Matrimonia cen-
seri debeant valida, quæ ineuntur sine Parocho
catholico. Et idem alii inferunt de illis, quæ
ineuntur cum impedimento solius Juris eccle-
siastici, quamvis *Illf. tr. 6. d. 9. n. 114.* putet rati-
ones non ita urgere de impedimentis, quam de
assistentia Parochi, eò quòd praesentia Parochi
requiratur in omni Matrimonio, non autem
semper interveniat aliud ejusmodi impedi-
mentum, hinc ne omnia Matrimonia acatholico-
rum in istis locis sint irrita cum gravissimis in-
commodis etiam in Ecclesiam redundaturis,
putat ipse Ecclesiam potuisse in absentia Parochi
dissimulare, non item in aliis. *Rationes* univer-
sales illius sententiæ sunt, 1. quia secundum
dicta à n. 517. consuetudo potest abrogare le-
gem ecclesiasticam, consuetudo autem, secun-
dum quam in ejusmodi locis contrahunt coram
Magistratu vel Ministro acatholico etiam cum
tali impedimento, jam ultra 100. annos du-
rans videtur abrogasse illa decreta *Tridentini*,
nam Papa, qui non potest non esse conscius, non
contradixit ab anno 1603. uti habet *Verj.* vel
ab anno 1605. uti habet *Gob. tr. 9. n. 464.* quan-

II.
I.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.

do ultimo missa est illa declaratio *S. Congregationis*, de qua habet *Busenb.* & in qua se præcipue fundat contraria sententia. Itaque cum Ecclesia ab eo tempore non contradicat, censetur ob causas gravissimas tacite dispensare. Accedit, quod *Joannes Episcopus Castoriensis* Vicarius per Hollandiam, anno 1671. proposuerit *S. Congregationi* rationes suas, ob quas putabat Matrimonia talia habenda esse pro validis, responsum autem est ei, non convenire, ut questio illa à *S. Officio* definitur, verum statueret ipse, quod animarum sibi creditarum salutem crederet maxime expedire, uti refert Auctor thes. Theolog. De sponsa duorum. Ab eo autem tempore magis urfit *Castoriensis*, ut talia Matrimonia haberentur pro validis. Et ideo doctus Canonista ait, Papam non approbare quidem, tamen etiam non irritare ejusmodi Matrimonia, consensus autem non irritativus, secundum illum, est sufficiens ad valorem. Refert præterea Auctor thes. resolutionem datam à penitentiariis Romanis, quod ejusmodi Matrimonia essent valida. Idem judicavit *Congregatio* utriusque Vicariatus *Ultrajectini* & *Harlemensis*, cui interfuerunt omnes Superiores *Missionum*. Accusatus autem postea Romæ *Castoriensis*, quod praxim illam induceret, iussus est se purgare à *Card. Columna* Præfide *Congregationis Cardinalium*, scripsitque suas rationes, nec Roma opposuit quidquam, quod mihi argumento est, inquit *Castoriensis*, Apostolicam Sedem assentiri sententiæ & praxi hæc in loca per me introductis. Ratio 2. est, quia si observatio decreti illius dicatur esse in talibus locis necessaria, sequentur gravissima incommoda, & maximæ perturbationes in Republica christiana, nam oportebit dicere,

E
2

T
P
L

T
V

C

dicere, quod nati è talibus conjugibus sint illegitimi, quod tamen est contra sensum communem & praxin Ecclesiæ, conversi enim ad fidem sine dispensatione promoventur ad Ordines. Deinde si tales conjuges convertantur, licitè divellentur ab invicem relictis prolibus velut illegitimis, quod iterum est contra praxin, nam si tales convertantur, nemo dicit non esse conjuges, ergo observatio illius decreti in illis partibus afferret perturbationem summam, & incommoda etiam salutis maxima, atqui secundum *S. Thomam* 1. 2. q. 96. a. 6. quamvis aliquid observari communi saluti sit utile, si tamen emergat casus, in quo observatio talis legis sit damnosa communi saluti, non est observanda, ergo lex illa non necessariò observanda est in illis partibus. Ratio 3. est, quia contrahendo coram Ministro acatholico & testibus obtinetur finis, quem intendit *Trid.* quia Matrimonium sit publicum, impleto autem fine legis, videtur legi esse satisfactum. Ratio 4. est, quia multi in talibus locis contrahentes, invincibiliter ignorant hoc decretum, & bonâ fide contrahunt, putantes nullos alios esse suos veros Parochos, præterquam Prædicantes, ergo illi saltem excusabuntur & contrahent validè, si non in ratione Sacramenti, saltem in ratione contractûs civilis. Rationes illæ saltem 1. & 2. reddunt sententiam illam speculativè probabilem, quam etiam extrinsecè probabilem faciunt Authores eam tenentes, inter quos *Stalenus* p. 1. q. 3. & p. 2. c. 4. refert *Laym. Dicast. Tamm. Mocquer. Bronn.* & alii accedunt apud *Gob.* n. 53. 34. 460. Idem docent *Rayn.* in *Heter.* tom. 16. f. 1. pu. 14. à n. 7. dicens, non esse dubitandum, *Spor.* in tyrociniò

Sacram. De Matr. n. 3 §. faventque Bonagrata, & P. Marchant. in tribunali, tr. 1. tit. 6. q. 4. & tit. 7. q. 10. *Dum.* p. 11. tr. 8. resol. 58. & *Bauni* hic q. 10. vocant probabilem, item absolutè tenent *Castoriensis* & Auctor thesisi supra: item *Kugler* à num. 894.

769. §. 3. Probabilius est, non esse licitum contrahere, suadere, aut cooperari Matrimonio contrahendo secundum relatum *Staleni* & aliorum sententiam, quia secundum damnationem 1. propositionis ab *Inn.* XI. factam, illicitum est in administratione Sacramenti sequi sententiam probabilem relicta tutiore, quando agitur de valore, nisi aliunde accedat certitudo, uti dictum est l. 6. p. 1. à n. 104. & 111. atqui sententia *Staleni* est tantum probabilis, & opposita est tutior, agiturque de Sacramenti valore, pro quo non accedit aliunde certitudo, cum sententia illa non sit communiter recepta, nec conformis stylo curiæ Romanæ, quæ si interrogetur, resolvit talia Matrimonia esse invalidè contracta, ergo quando Matrimonium adhuc est contrahendum, illicitum est sequi sententiam illam relicta tutiore.

770. §. 4. Si Matrimonium jam fit ita contractum, poterunt conjuges etiam conversi permanere in usu illius, quamvis consensum non renovent coram Parocho catholico, quia probabile est fuisse validum, & sequendo hanc opinionem probabilem, nullum Sacramentum exponitur periculo nullitatis vel irreverentiæ: tutius tamen erit eos adducere, ut obtentâ dispensatione in impedimentis, si quæ adsint, contrahant de novo coram Parocho catholico & testibus, ne se exponant periculo materialis fornicationis.

§. 5.

§. 5. In locis Principi catholico subjectis, uti 771.
 sunt Bohemia, Francia, Julia, Montensis Pa-
 tria, quamvis fortè aliqui aliter agant, tamen
 nec *Stalensis* nec *Castoriensis*, nec alii, quos vide-
 rim, audent defendere valida esse ejusmodi Ma-
 trimonia sine catholico Parocho inita, quia ip-
 simet Principes & Magistratus catholici viden-
 tur reclamare, ergo hic non præscribet consue-
 tudo. Unde audiendi non sunt 4. Pastores Pari-
 sienses apud Auctorem thesis, qui resolverunt
 talia Matrimonia valere in Francia, quamvis
 sub Rege catholico, quæ ineunt hæretici, vel ca-
 tholicus cum acatholico, nam quamvis Eccle-
 sia fortè dissimulet, & tacitè consentiat pro illis
 locis, in quibus Principes sunt acatholici, eò
 quòd illos non ita cogere possit, tamen id non
 tenet pro locis Principi catholico subjectis, hi
 enim contradicere tenentur, & Ecclesia vult, ut
 contradicant, hinc si v. g. Venetiis contrahant
 Matrimonium catholicus cum schismatica
 Græca coram Sacerdote schismatico, decisum
 est Venetiis, non valere tale Matrimonium,
Avers. q. 18. f. 2.

§. 6. Loquendo directè, videtur esse proba- 772.
 bilius, quòd Matrimonia in locis etiam Princi-
 pi acatholico subjectis, ubi *Trid.* decretum pro-
 mulgatum est, contracta sine Parocho catholi-
 co, sint invalida, ita *Galle* ad *Trid.* sess. 24. De
 ref. Matr. c. 1. n. 10. *Suar. Præpos.* apud *Rayn.* n. 7.
Less. in auct. v. *Hæreticorum conversatio*, casu. 5. di-
 cens esse certum, *Verjuys* supra, *Pignat.* tom. 5.
 consult. 79. n. 26. tom. 8. conf. 104. *Tamb. Boss.*
Zoes. apud *Kugler* n. 894. *Gob.* tr. 9. à n. 41. ite-
 rumque à n. 461. *Krim.* n. 1897. Probatur 1. nam
 acatholici tales, per se loquendo, obligantur le-

gibus illis Tridentini, & leges illæ ibi obligarunt aliquando, ac obligarent adhuc, saltem si loca illa redirent ad Principes catholicos, ergo dicendum est etiam nunc pergere obligare. *Prob. 2.* Quamvis in iis locis sit consuetudo leges illas non observandi, tamen secundum dicta n. 520. consuetudo non habet ex se, quod vincat legem, sed ex consensu Superioris saltem tacite revocantis aut suspendentis legem: Ecclesia autem illi consuetudini aliquando contradixit, uti constat ex dictis, neque prudenter præsumi potest, quod Papa nunc velit ita indulgere & permittere despici leges illas ab illis rebellibus, qui Papam vocant Antichristum, & ei negant potestatem ad talia impedimenta inducenda vel tollenda. Quod autem sæpius non contradixerint Pontifices, inde est, quia sciebant nil profuturum apud contumaces, & fatis erat semel sæpiusque protestatum esse, nam rectè notat cum communi *Suar. De leg. l. 7. c. 13. n. 12.* ex hoc solo, quod Superior etiam sciens aliqua permittat, inde non posse universaliter colligi ejus consensum, quia multa per patientiam tolerantur, quæ non approbantur, uti dicitur *Cap. Jam dudum, De Præbendis*: huc faciunt verba, quæ *Trid. sess. 24. De ref. Matr. c. 5.* profert ex Jure, *non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiat, cuius salubria monita temere contempserit.* Quod si illi ipsi hæretici scirent Papam sic benignè secum agere, irriderent eum, uti solent, ergo censeri debet, quod Papa pergat manere invitus. *Prob. 3.* quia in facultatibus extraordinariis, quas singulis quinquenniis sacra sedes concedit Nuntiis Apostolicis, & Episcopis Germaniæ, hæc est una, *Dispensandi in 3to & 4to simplici & mixto, casibus*

cum Pauperibus in contrahendis, in contractis verò cum
 hereticis conversis etiam in 2do simplici & mixto, dum-
 modo nullo modo attingat primum gradum, & in his ca-
 sibus prolem susceptam declarandi legitimam: Ex qua
 facultate colligitur Papam etiam nunc non ag-
 noscere illa Matrimonia hæreticorum cum im-
 pedimento consanguinitatis aut affinitatis con-
 tracta esse valida. Et ex his patet ad rationes op-
 positas, nam 1. manet soluta ex dictis: Ad 2. in-
 commoda illa oriuntur ex malitia acatholico-
 rum, qui Ecclesiæ leges negligunt, hoc autem
 per accidens est legi, nam etiam similia mala
 oriuntur ex eo, quòd Ecclesia in quibusdam lo-
 cis declaret hæreticos esse excommunicatos, nec
 tamen ideo tales leges tolluntur. Quod autem
 additur, filios eorum censerì legitimos, verum
 est saltem pro foro externo & civiliter, secun-
 dum dicta l. 4. n. 754. hinc etiam quandoque
 dissimulatur ab Episcopis, quandoque autem
 non, ideo pro securitate à plerisque petitur di-
 spensatio. Negari autem debet, quòd tales con-
 iuges conversi possint ab invicem divelli, tum
 quia probabile est eiusmodi Matrimonia valere,
 & esse vera Sacramenta, ergo in dubio standum
 est pro valore: tum etiam, quia probabile est es-
 se valida & indissolubilia saltem in ratione con-
 tractus civilis, quamvis fortè non sint Sacra-
 menta, uti pluribus urgent *Stalenus* supra c. 7. &
 8. & *Gob.* n. 228. ergo iterum standum erit pro
 indissolubilitate eorum, maximè secundum
 eam sententiam, quam ex *Cardena* in 2. crisi, diff.
 2. à n. 529. tenui n. 417. nempe quòd quando
 probabile est Matrimonium, esse & non esse va-
 lidum, censerì debeat certò validum, eò quòd
 contrahentes velint omnimodam indissolubili-
 tatem,

tatem, adeoque cedant omni jure, quod ex probabilitate nullitatis habere possent ad dissolvendum. *Ad 3.* dico mentem Ecclesiae esse non tantum, ut publicè sibi constet de Matrimonio legitime contracto, alioquin etiam in partibus catholicis sufficeret contrahere coram Magistratu, sed ut sibi de hoc constet per suum qualificatum Ministrum, Parochus enim non adhibetur merè tanquam testis, sed cum Matrimonium sit Sacramentum, Ecclesia voluit, ut ipsi assisteret talis Minister istius solennitatis, quem vult esse proprium Parochum. *Ad 4.* admitto, quòd invincibilis ignorantia possit excusare à peccato, sed illa non potest eos facere habiles ad contrahendum, quos Ecclesia reddidit inhabiles, uti patet in consanguineis, qui si contrahant etiam ignorantes impedimentum, invalidè contrahunt: neque verum est, quòd hæc inhabilitas sit pena, adeoque incurri non possit ab ignorante, uti dixi n. 525. Porro Parochi talium acatholicorum sunt illi Pastores catholici, intra quorum Parochiam habitant, vel à quibus catholici istis locis accipiunt Sacramenta. Quod autem additur in istis locis contrahi validè in ratione contractus civilis; imprimis hoc negabunt omnes relati n. 276. qui dicunt rationem validi contractus matrimonialis inter fideles non esse separabilem à ratione Sacramenti; Deinde idem meliùs negatur ab omnibus, quia ubi deest proprius Parochus, contrahere volentes inhabilitantur ad quemcunque contractum matrimonialem, uti inhabilitati sunt illi, qui sunt consanguinei.

773.

§. 7. Huc pertinet solutio sequentis casus: Titius Lutheranus in loco acatholico, ubi Titul-

receptum est, contrahit Matrimonium cum
 Caja Lutherana coram Prædicante: abit à Caja,
 & ratur Matrimonium esse solubile, ducere vult
 Semproniam catholicam. *Quæritur*, an id per-
 mitti possit ab Ordinario catholico, præsertim
 si spes sit convertendi Titium, & nulla spes re-
 conciliandi eum cum Caja. 2. Quid si Consisto-
 rium Lutheranum dissolvisset prius Matrimo-
 nium, factâ utrique parti licentiâ novi Matrimo-
 nii. 3. Quid si Caja jam duxisset alium. 4. Quid
 si etiam Titius jam duxisset Semproniam rei i-
 gnaram, servatâ formâ *Trid.*, eamque cognovif-
 set, & conviveret, an Ordinarius catholicus
 coget ab invicem dissolvi? Rationes, cur non
 videatur permittere posse, ut Titius contrahat
 cum Sempronia, sunt sequentes, 1. Ingentia se-
 quentur scandala; 2. Profitebitur palàm Matrimo-
 nia hæreticorum esse irrita, vel saltem solu-
 bilia, per quod offendet: 3. Quilibet Luthera-
 nus cum sua malè contentus volet aliam ducere:
 4. Scandalizabuntur catholici rescientes adhuc
 vivere Cajam uxorem primam in Matrimonio
 passim habito tanquam vero. Rationes in op-
 positum sunt 1. Quia sententia communior,
 quæ videtur etiam verior, stat pro nullitate pri-
 mi Matrimonii, adeoque secundum Matrimo-
 nium censerî debet validum. 2. Roma deci-
 deret pro hoc secundo Matrimonio, ergo & de-
 bet Ordinarius. *ꝛ. ad 1.* Id permitti non posse,
 quia probabile est primum Matrimonium esse
 validum, ergo nunc standum est pro ejus valo-
 re, secundum dicta n. 417. *Ad 2.* Dissolutio facta
 à Consistorio nulla est. *Ad 3.* Nec obstat, quòd
 Caja alteri nupserit, quia primum Matrimoni-
 um est in certa possessione. *Ad 4.* Nec etiam ob-
 stat,

stat, quod Sempronius duxerit aliam, quia hoc non tollit valorem primi possidentis. *Ad 1.* rationem in oppositum patet ex dictis. *Ad 2.* Si sedes Apostolica consuleretur, præsumendum est, quod taceret, uti tacuit, secundum dicta n. 768. Ita senserunt mecum tres Doctores anno 1702.

774.

§. 8. Etiam huc pertinet solutio sequentis casus: Cajus Princeps Imperii, olim acatholicus, nunc catholicus, cum acatholicus esset, probabat Matrimonia ab hæreticis subditis suis inita cum impedimentis à Jure ecclesiastico inductis, & pro facultate ad illa Matrimonia in eunda, quando occurrebat impedimentum aliquod, per Secretarios suos petebat certam summam pecuniæ. *Queritur*, an ipse nunc catholicus & ejus successores catholici possint similiter facere. Ratio affirmandi est, quia probabile est ex hætenus dictis consuetudinem in eis locis præscripsisse contra talia impedimenta: Et cum Capitanei bellici acceptent pecuniam, quando milites petunt veniam ineundi Matrimonium, videtur etiam hoc licere Principi. *Et* Principem catholicum non posse approbare talia Matrimonia, neque hæc cænseri posse valida, uti satis colligitur ex dictis n. 771. Nec exemplum prioris temporis adduci potest pro regula moderni, quia Principes antehac erant acatholici, cum quibus fortè dissimulabat Ecclesia, non item cum catholicis, apud quos ejusmodi consuetudo nunquam permittitur. Quod autem attinet ad exactionem certæ summæ pecuniariæ, etiam dicendum est esse Principi catholico illicitum. *Nec obstat*, quod olim, dum acatholicus erat, id fecerit, nam erat materialis tantum hæreticus, & præcedebat bonâ fide, putans Matrimonia esse

con-

contractus tantum civiles, circa quos haberet potestatem disponendi, hoc autem jam catholicus purare non potest, cum sciat esse Sacramentum, & non cadere sub dispositionem potestatis secularis, ergo si acceptet pecuniam, maxime tanquam dispensans in impedimento, certum est eum involare in jurisdictionem Ecclesiae, & acceptare pecuniam pro eo, quod praestare non potest. Nec valet exemplum de Capitaneis, nam hi non admittunt ob impedimenta, sed promiscue ab omnibus contracturis, hoc forte titulo, quod milites venientes sub signa, tacite, secundum consuetudinem, velint obligari ad non contrahendum sine venia, eò quod hoc sit incommodum militiae, si milites se alligent uxori, eamque secum in campum trahant, hinc in compensationem istius oneris, & pro facultate illa potest acceptari pecunia; nullus similis titulus occurrit in nostro casu, maxime si à solis impeditis petatur pecunia. Quod si tamen Princeps catholicus declararet prohibita esse ejusmodi Matrimonia, & ad tollendam pravam consuetudinem contrariam, quam Ecclesia tollere non posset, ipse taliter contracturis multam imponeret, posset hanc exigere, consentit enim Ecclesia, ut, ubi ipsa per se non potest, etiam à potestate seculari urgeatur observatio legum canonicarum, & transgressores puniantur ac deterreantur etiam additis multis pecuniariis: sed ut habeatur ratio multae, non debent ejusmodi Matrimonia approbari, sed è contrà prohiberi.

§. 9. Docet Less. in Auct. v. Hæreticorum con- 775.
versatio, cas. 24. eos catholicos peccare, qui contra Ministros acatholicos Matrimonium attentant

tant contrahere, quia videtur esse protestatio, & si hic haberet auctoritatem ecclesiasticam, quam certum est non habere. Et quamvis aliquis jam antè contraxisset coram Parocho catholico, adhuc dicit *Less.* peccare, si compareat coram Ministro acatholico adhibente cæremoniam aliquam religiosam, v. g. benedictionem nuptiarum. E contra *Verjys*, tr. 13. a. 7. dicit esse praxin communem in quibusdam partibus Hollandiæ, ut coram tali Ministro compareant, nec in eo esse professionem ritus hæretici, eò quòd verba Ministri apprecantis habeantur pro civili aut politica tantum gratulatione, idque eò magis, inquit *Arsdek.* tom. 2. p. 2. tr. 4. De Matr. c. 2. §. 2. quia hæretici dicunt Matrimonium non esse Sacramentum. Quòd si Minister talis adhiberetur tantum ob politicam causam, nempe ut tale Matrimonium apud omnes reputetur legitimum, ut legitimæ personæ jungantur, ut impediatur nuptiæ illegitimæ, ut proles censeantur honestæ, ut hortetur ad Matrimonium fidem, fatetur *Less.* tum non videri per se malum, licet coram illo verba Matrimonii pronuncianta essent, & concio ab illo habenda, vel aliquæ preces recitandæ, dummodo nulla interna vel externa reverentia & veneratio habeatur illius concioni vel orationi, qualem acatholici præstare solent, sic enim, inquit, Prædicans tum adhibetur ut persona politica tantum, & idem est, ac si inter ethnicos quis conjungi deberet coram sacrificulo: non est tamen facile permitendum etiam apud Ministrum acatholicum, nisi absit omnino scandalum & impendat grave damnum: Et si formula ab eis adhiberi solita eum Ministrum Ecclesiæ dicat, asseratque ab eo

dari firmitatem Matrimonio &c. non erit licitum. *Leff. cal. 25.*

§. 10. Licitum est catholicis, ante vel post 776.
Matrimonium coram Parocho catholico & testibus contractum, comparere coram Magistratu acatholico, id enim fit ob finem merè politicum, ut habeantur civiliter honesti conjuges, proles censeantur legitimæ, gaudeant juribus legitimorum &c.

§. 11. Huc reducitur sequens casus: Titius 777.
lutheranus contraxit cum Sempronia Matrimonium, super cujus validitate postea controversia mota est à Lutheranis, & secundum eorum principia Matrimonium à Consistorio annullatum est, & Titio concessa facultas aliam ducendi, qui Mæviam lutheranam duxit, vivente adhuc Semproniâ: Et ex hoc secundo Matrimonio natus est Cajus nunc catholicus: *Queritur*, an huic Cajo apud ordinem Equestrem obftet impedimentum, quod ex Matrimonio pro invalido à catholicis habito natus sit, ut ideo ad Comitiam admitti nequeat. *Respondeo*, Cajus non ideo est excludendus à Comitibus. Ratio est, 1. Quia Cajus in foro civili, heterodoxorum confessione, censetur legitimè natus ex Matrimonio legitimo; ergo cum ad Comitiam promiscuè admittantur tam catholici quam acatholici, dummodo sint equestris ordinis, & legitimè nati, etiam acatholici, qui secundum illos legitimè nati reputantur, admitti debebunt. 2. Natis ex hujusmodi Matrimonio non negatur jus ad successionem paternorum jurium & bonorum, accipiunt enim legitimam, & succedunt ab intestato in hereditatem paternam, ut ex praxi notorium est, ergo etiam jus

comparendi in Comitibus more ceterorum negari non debet; utpote quod ex hereditario titulo provenit, quem individuum esse clari, certique Juris est, *Ottoman.* in epil. si pars hereditatis petatur. Argum. L. 1. ff. De titul. præsertim cum hereditas nihil aliud sit, quam successio in universum jus, quod defunctus habuit L. *Nihil*, ff. De verb. signif. L. *Hereditas* ff. De regul. Juris.

3. Si *Cajus* mansisset acatholicus, indubitate admissus esset ad Comitibus, sic enim passim admittuntur, qui sunt ex Matrimonio conjugum in 3tio aut 4to gradu conjunctorum, quod ipsi non agnoscunt pro impedimento, ergo etiam jam admitti debet, quia conversio ad veram fidem non debet ipsi esse in præjudicium. 4. In Instrumento pacis Monasteriensis expressis & disertis verbis cautum est, ne cui fraudi sit ædamno una ex tribus Religionibus, catholica, lutherana, calvinistica, esset autem fraudi & damno, si qui secundum unam Religionem legitimi reputantur, ab alia propter illegitimitatem à Comitibus excluderentur. Confirmatur, nam si res ad dicasterium Cæsaris deferatur, haud dubie *Cajus* causam obtinebit. 5. In Cap. *Ex tenore*, Qui filii sunt legitimi, expressè habetur, si conjugatus vivente primâ uxore contrahat cum secunda hoc ignorante, quod proles ex tali conjugio legitima reputetur: ex quo textu desumunt Authores, quod bona fides unius ex conjugibus faciat prolem legitimam: & à fortiori bona fides amborum, uti notat *Fernandus* in l. 6. Tauri n. 8. & pro hac opinione stat *Otrud.* consil. 256. n. 5. & 66. C. *Cum inhibito*, De clandest. desp. n. 9. & istam esse communem opinionem Theologorum, & Canonistarum tenet *J-*

generalis studii in hac libera Imperii Urbe Coloniensi, lectis diligenter ac maturè ponderatis rationibus presentibus Resolutionis seu Resolutionum, ad eandem seu easdem nostro quoque consilio accedimus, & resolvimus talem filium à Comitibus non esse excludendum. Coloniae 12. Febr. 1714.

Similem in modum subscripserunt Facultates Theologica & Juridica in Universitate Trevirensi.

778. Q. 102. An ergo nunquam valeant Matrimonia in locis, ubi Trid. fuit promulgatum, contracta sine Parocho. R. §. 1. Less. in Auc. v. Matrimonium cas. 17. dicit nunquam valere; Rationem dat, quia sine Parocho personæ sunt inhabiles: & quamvis lex positiva præcipiens vel prohibens non obliget, ubi servari non potest, tamen obligat, si sit irritans vel inhabilitans; sicuti manes inhabilis ad contrahendum cum consanguinea, quamvis sis inter infideles, ubi deest dispensans, & omnis alia mulier, quam ducas. Sed dicendum est valere Matrimonia, ubi non sunt Parochi, quamvis decretum fuerit aliquando ibi promulgatum, dummodo adhibeantur saltem duo testes, & ita docent Bellarm. in Epist. ad Nuntium 31. Decemb. 1600. data, Dian. Tambur. Chapeauville, Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 7. Stalenus, Ardeker, De Matrimonio c. 8. §. 4. Krim. n. 646. & pro hoc sunt plures declarationes Cardinalium, ut referunt Zypæus De sponsal. & Matrim. l. 4. n. 8. & Gallem. ad Trid. sess. 24. De ref. Matr. c. 1. n. 10. Addunt iidem AA. cum Gob. n. 475. & Verjays, & 2. quamvis alicubi sit Parochus, si tamen metu hæreticorum lateat, aut difficilis sit ad eum & Episcopum accessus, etiam valere Matrimonia coram

coram Magistratu civili vel 2. testibus inita, & ita etiam resolverunt Theologi Romani cum Patre *Buscol.* 4. archivii Provinciae Societatis JESU ad Rhenum inferiorem pag. 16. Atque ita etiam saepius responsum est à *Congreg. Cardin.* apud *Arsdekin & Gob.* supra, unde,

§. 2. Christiani apud Turcas vel alios infideles captivi aut mercatores validè contrahunt sine Parocho & testibus, quamvis *Trid.* in patria sua sit promulgatum, & ipsi non habeant animum ibi perpetuò manendi sed ad patriam redeundi, *Loth* in *Ref. Theol.* tr. 3. a. 9. *Gob.* n. 483. *Sylvius*, *Kugler* n. 291. *Krimer* n. 646. quia re ipsa ibi non sunt, vel respectu illorum omnino latent Parochi catholici.

Obji. Dictum est n. 526. si non adhibeatur forma substantialis praescripta, quamvis ex causa & inculpabiliter omittatur, non valere contractum. *R.* Hoc intelligitur, quando forma illa potuit observari, aliàs non, uti rescimus ex pluribus declarationibus Ecclesiae, *Krim.* n. 647.

§. 3. Quamvis alicubi adsit Parochus, si tamen vel ipse, vel contrahentes non audeant comparere metu mortis, exilii aut enormis multæ, valent Matrimonia inita sine Parocho coram testibus, tum enim censetur moraliter abesse Parochus: Hinc universaliter, quando non est tutus ad Parochum accessus valere talia Matrimonia docent, *Verj.* a. 2. & alii, refertque *Zypæus* in *Jure Pontif.* l. 4. n. 16. ita responsum esse à *S. Congreg.* ad *Archi-Episcopum* Philippensem anno 1603.

§. 4. Qui in Parochia planè acatholica habitant, si soleant à vicino Parocho catholico accipere reliqua Sacramenta, v. g. Baptismum pro

fuis prolibus, Communionem in Paschate, Viaticum, extremam Unctionem, etiam tenebuntur pro Matrimonio comparere coram illo, quia ille censetur esse proprius eorum Parochus, cui facto ipso sic se subjecerunt.

783. §. 5. Si convertatur uxor acatholici, & maritus ejus recuset renovare consensum coram Parocho catholico, minans, se aliàs velle hunc vel ipsam tradere Prætori; item si alteruter conjux recuset consensum renovare coram Parocho catholico, & interim per Judicem cogantur sub pœna carceris convivere: item si aliquis post sponsalia aut post deflorationem cogatur ducere aliquam, nec tamen ipsa velit comparere coram Parocho catholico, adfitque, v. g. periculum, ne capiatur Parochus catholicus, si compareat, in his casibus non est opus, ut assistat Parochus catholicus, quia non est tutus ad eum accessus, *Verj. supra.*

784. Q. 103. *Quid addendum sit circa impedimentum impotentie: R.* De hoc plurima habet *Sanch.* l. 7. à d. 92. ad 114. & *Zacchias*, l. 3. tit. 1. toto, ubi q. 1. agit generatim de causis impotentie tam coeundi, quam generandi. Q. 2. De impotentia ex defectu ætatis. Q. 3. De impotentia ex defectu naturali. Q. 5. De frigidis & maleficiatis. Multa etiam habet *Sperell.* decis. 141. ex quibus do aliqua:

785. §. 1. *Pontius* l. 7. à c. 56. & alii putarunt non obstante impotentia absolutâ, posse de Jure naturæ validè contrahi Matrimonium, non in ordine ad copulam carnalem, sed tantum ad conjunctionem animorum: si autem impotentia illa ignorata sit, volunt Jure ecclesiastico tantum dirimere, uti servitutem: & videntur favere &

Th. ac Canones aliqui apud *Aversam* q. 13. f. 1. ideoque sententiam illam satis probabilem esse dicit *Diana* p. 4. t. 4. R. 75. Sed oppositum videtur certum cum *Kugler* à n. 2022. 2047. & communissima, quia de essentia Matrimonii est traditio corporum aptorum ad copulam; item traditio juris ad copulam generationi de se aptam, secundum dicta n. 228. conjuges enim secundum Apostolum 1. ad *Corinth.* 7. v. 3. & 4. acquirunt dominium ad usum corporis alieni, in ordine ad generationem, quod dominium non stat cum impotentia physica ad copulam vel potentiam generandi. 2. Matrimonium vel consideratur secundum officium naturæ, & sic finis illius est generatio prolis: vel secundum remedium concupiscentiæ, & sic finis illius secundarius est copula carnalis de se apta generationi prolis; neutrum autem finem habere potest tale Matrimonium, ergo. 3. Si validè contraheretur Matrimonium præcisè ad conjunctionem animorum, ergo Pater & filia sic validè contrahent. Item potentes generare, validè sic contrahent, & consequenter postea fornicabuntur, si carnaliter coeant, quia non tradiderunt jus ad usum corporum, est autem inauditum conjuges fornicari coeundo. Quæ afferuntur ex *S. Th.* & Canonibus rectè explicat *Krimer* à n. 1315.

Obji. Corpus aptum copulæ vel generationi non est materia necessaria Matrimonii, nam manet Matrimonium, quamvis superveniat absoluta impotentia copulæ vel generationis, ergo. R. Non est materia necessaria Matrimonii in facto esse, c. in fieri, n. nam si Matrimonium sit contractum ad copulam carnalem, manet, quamvis desinat potentia ad copulam carnalem, & ta-

men si dum contrahitur ad copulam carnalem, ad hanc non esset potentia, secundum Pontium esset invalidum: & similiter absentia affinitatis inter personas contrahentes requiritur ad fieri Matrimonii, non tamen ad conservari, si enim alteruter coëat cum fratre; vel sorore conjugis, non ideo solvitur Matrimonium.

787. §. 2. Si impotentia antecedens sit perpetua & simpliciter evidens, Matrimonium solvitur absque experimento, quia ab initio est certò nullum: Si sit verisimiliter evidens, requiritur juramentum conjugum deponentium de veritate, quòd non possint coire, & pro singulis, septem manus propinquorum vel vicinorum deponentium de credulitate, quòd conjuges verum deponant, nec tum requiritur triennale experimentum. Si impotentia sit dubia, præter juramentum conjugum & septimæ manûs, requiritur triennale experimentum, Cap. *Laudabilem De frigid. & malef. Sanch.* aliique cum *Sperell.* à n. 3. Si tamen unus conjugum neget impotentiam, hic non indiget istis septem juramentis ex parte sua, sed tantum ex parte affirmantis necessaria sunt, *Im.* *Sanch. Krim.* n. 1303. Tempus autem experientia *Sanch. Gutt. Krim.* n. 1302. & alii dicunt computari à die tentatæ copulæ: *Hofst.* & alii plures cum *Sperell.* n. 59. à die Decreti per Judicem facti, nam requiri ad hoc decretum Judicis docet *Pignat.* tom. 1. consult. 56. habetque communior sententia, quòd quamvis Judex aliquando possit tempus coarctare, non tamen quando agitur de impotentia ex maleficio, quia Cap. fin. *De frigid. & malef.* statuitur veluti pro forma probatoria, hæc enim impotentia, cum de

de se possit esse temporalis, prius non censetur perpetua. Sed de his plura à n. 803.

§. 3. Quia inspectio fallax est & indecens, uti docet *S. Ambros.* Epist. 64. ad *Syagrium*, ac etiam fatetur *Sperell.* decis. 136. negans ideo inspiciendam esse Moriatem accusatam, hinc dicunt aliqui eam non requiri, nisi conjuges urgeant dissolutionem Matrimonii ante experimentum triennale, vel alteruter, aut etiam uterque ante aut etiam post experimentum triennale neget suam impotentiam: Attamen multi cum *Sperell.* decis. 141. à n. 11. contendunt absolutè utilem, & quandoque etiam esse ultra hos casus necessariam, ut *Judex* possit aliquid prudenter decernere, & huic vel illi concedere aut negare secundas nuptias, ideòque *Rota* saepe mandavit tales inspectiones fieri, eamque permiserunt Pontifices & multi *Canones* apud *Sperell.* à n. 46. qui n. 69. notat sufficere duas personas expertas & non suspectas.

§. 4. Quamvis 28. AA. quos referunt *Sanch.* 789. l. 7. d. 92. à n. 15. & *Carden.* in 1. crisi d. 11. n. 154. dicant eunuchos totales, id est, carentes utroque testiculo, validè contrahere Matrimonium, tamen post declarationem *Sixti V.* in *Constit.* 59. *Cum frequenter*, certum est tale Matrimonium non esse validum, quia quamvis coire possint & aliquem humorem fundere, attamen non verum semen generationi aptum: & malè supponunt aliqui apud *Aversam* l. 2. *Aristotelem* tenere oppositum. Quando autem in *Scriptura* eunuchi leguntur contraxisse Matrimonium, per eunuchum intelligitur Minister Regis alicujus, uti exponunt *Interpretes* cum *Sanch.* n. 17. Spadones, qui uno testiculo carent, sunt potentes,

rentes, potest enim unus testis suppeditare sufficiens semen. Thlibii autem seu Thlasii, quibus testiculi sunt contriti, possunt esse potentes, si testiculi non sint omnino ita attriti, quin possint perficere semen, *Boudervins* in *Ventilabro* p. 2. q. 13. Curatus ab hernia per sectionem, ita uterque etiam testiculus in inguine sit cum visceribus reconditus & insutus, capax est Matrimonii, uti iudicavit *Universitas Vallisoleana* cum Medicis & Canonistis, & cum aliis multis consentit *Kugler* à n. 2105. Hermophroditos contrahere posse secundum sexum prævalentem, habetur *L. Queritur*, ff. De statu hominum: si neuter sexus prævaleat, datur optio, si jure se permanere velle in eo sexu: valet tamen, si conjugem mortuo mutent. Plura de eunuchis, spadonibus, hermophroditis videri possunt apud *Zacchiam* q. 9.

790. §. 5. Illa impotentia censetur perpetua, ideoque dirimit, si Matrimonium antecedit, & tolli non possit sine vitæ periculo, sine miraculo, sine peccato, quod enim est illicitum, est impossibile: Hinc si constat impotentiam ante Matrimonium, vel ex causa naturali, vel per maleficium causatam, adhibitis diligentis tolli non posse, Matrimonium declarari debet ab initio fuisse irritum, secundum *Cap. fin. 33. q. 1. & Cap. fin. De frigid. & malef.* Idem est, si impotentia auferatur per miraculum, *Sperell. n. 38.* Item si auferatur ope dæmonis, vel per aliud maleficium, ideoque deberent tales conjuges primò contrahere: è contrà si auferatur per secretam artem peritissimi Medici, sit modo naturali, item si per exorcismos Ecclesiæ, sit modo ordinario; ideoque non censetur tolli per miraculum vel maleficium.

ficium, hinc declarandum est ab initio fuisse validum, uti habetur Cap. *Fraternitatis* De frigidis: Si auferatur licite rogando maleficium, ut removeat signa malefici, quibus causavit, *Sanch. l. 7. d. 94.* dicit Matrimonium ab initio valuisse, sed alii cum *Avers. f. 2.* contradicunt, quia quod pendet ex sola alterius voluntate, censetur impossibile respectu aliorum. Notant autem omnes communiter impotentiam tum censeretur esse ex maleficio, si vir, qui incalescit ad alias mulieres, aut ad pollutionem in somno, frigescat ad suam sibi alioquin dilectam: similiter si mulier subito arctetur ad accessum viri sibi alioquin dilecti.

§. 6. Senes decrepiti secundum aliquos non possunt contrahere Matrimonium, eò quòd videantur in perpetuum pro futuro incapaces talis copulæ, quæ generationi fit apta, sed dicendum est cum *S. Th. in suppl. q. 58. a. 1. ad 3. Castrop. hic pu. 14. §. 2. Spor. n. 122. §. 2. Avers. f. 2. Krim. n. 1283. Kugl. à n. 2022.* & aliis esse capaces, si natura vel arte calere possint ad coitum, quia hoc ipso fieri possunt una caro, & ex eorundem copula generatio per se sequi potest. Quòd si natura ad talem coitum excitari non posset, putant *Abb. Laym. Sanch. Castrop. Krim. n. 1284.* contra multos alios, esse incapaces Matrimonii, unde meritò arguit *Nav.* quasdam mulieres, quæ cum ejusmodi senibus contrahentes divitias sibi potiùs desponsant, quàm personas. Quid de sterilibus sit dicendum, colligi potest ex dictis n. 316. & contrahere posse, rectè probat *Kugl. à n. 2036.*

§. 7. Si quis ex morbo ita langueat, ut in eo statu nequeat habere copulam, etiamsi de sanitate

tate recuperanda desperet, sitque morti proximus, est capax Matrimonii, quia talis impotentia non est ex genere & modo suo perpetua, *Avers.* l. 2. *Kugler* à n. 2029. Si tamen vis morbi ita destruxerit potentiam generandi in ægro, ut nullo medio ordinario reparari possit, quamvis æger convalesceret, esse Matrimonii incapacem dicunt *Cón. Laym. & Spor.* n. 122. §. 3. Et possunt plura de impotentia ex morbis videri apud *Zachiam* l. 3. t. 1. q. 4. Etiam capax est Matrimonii mulier, quæ non potest parere sine periculo vitæ vel suæ vel prolis, quia est capax copulæ de se ad generationem aptæ, *Kugler* à n. 2041.

793. §. 8. Si vir vas fœmineum penetrare non possit, quamvis in illius introitu semen effundat, cujus pars aliquando per accidens attrahatur à matrice & intromittatur, censeri debet impotentia, quia talis feminatio non sufficit per se, ut tales conjuges modo naturali censeantur fieri una caro, *Castrop.* d. 4. p. 14. §. 2. n. 1. *Krim.* n. 1271.

794. §. 9. Si mulier sit impotens retinere semen intra matricem, putarunt aliqui non valere Matrimonium, sed oppositum tenet communium cum *Avers.* l. 2. quia est apta consummare copulam de se aptam generationi, licet per accidens semen effluat: atque ideo docet *Sanch.* l. 1. d. 17. n. 22. tali etiam licitum esse usum Matrimonii.

795. §. 10. Quamvis rationabiliter dubitans de impedimento dirimente, secundum dicta n. 40 & 533., non possit inire Matrimonium, nisi soluto dubio. Et idem dicant *Sanch.* l. 7. d. 103. n. 10. & *Krim.* in dubio impotentia, propter periculum alteri irrogandi injuriam, tamen si alter præmoneatur & consentiat, docent *Palat.*

& Schild. tr. 6. n. 94. excipi hoc dubium de impotentia, nam conjuges dubii de impotentia, si per triennium frustra tentarint copulam, separantur, secundum dicenda à n. 803. & permittuntur inire aliud Matrimonium, in quo sperant se posse consummare, ergo idem licebit pro inuendo primo Matrimonio: Hinc *Dicasst.* De Bapt. di. 1. n. 208. docet, si spectatâ peritiâ Medicorum & experientis tantum fit probabile aliquem è contrahentibus habere corpus aptum ad generationem, licitè contrahere, nam imprimis quisque præsumitur naturaliter potens: neque per hoc putat agi contra religionem, cum Sacramentum vel actio sacra non ponatur, nisi ex suppositione validi contractus, ideòque non Sacramentum, sed solus contractus videatur exponi periculo nullitatis, contrahentes autem tantum se exponant periculo materialis fornicationis, cui etiam se licitè exponunt illi, qui contraxerunt Matrimonium, si postea superveniat dubium de impotentia. Deinde etiam non apparet, cur tales contrahentes peccarent contra charitatem vel justitiam vel ullam aliam virtutem: Ita ille, & sententiæ illi favent dicta n. 538. Estque præterea specialis ratio circa hoc impedimentum impotentia, 1. quia, ne conjugia sint plenissima incertitudine, sufficere debuit ad contrahendum spes consummandi Matrimonium, saltem post impotentiam temporalem, alioqui qui diu castissimè vixerunt, non audent contrahere, quia meritò dubitare possent, an futuri essent potentes necne. 2. Et præcipuè, quia cum pollutio & fornicatio sit illicita, hoc dubium aliter vinci non potest, quàm experiendo copulam in Matrimonio, hinc lex naturalis
vide-

videtur permittere tum iniri Matrimonium, & post initum Matrimonium lex positiva, ad experiendum, concedit triennium. Et qui hanc sententiam sequi vellet, deberet iudicare reddi practicè sufficienter certam per adductas rationes.

796. §. 11. Peccant Medici, qui volentes experiri in homine soluto potentiam vel impotentiam, ad partes genitales affundunt aquas calidas, aliaque medicamenta adhibent ad excitandos spiritus genitales, talis enim directa excitatio illicita est solutis: videtur tamen id posse permitti, si capiatur experientia in homine uxorato, quia cum huic liceat copula, etiam licet excitatio eorum spirituum, dummodo absit periculum pollutionis, *Gob. n. 448.*
797. §. 12. Si quis laboret impotentia temporali, & alteri parti nihil dicat de hoc vitio, putant *Sot. & Henric.* hanc deceptionem esse mortale, *Sanch. d. 92. n. 5.* dicit per se loquendo non esse mortale, imò nec veniale, si sit ad breve tempus, quia obligatio actus conjugalitatis habet se uti precepta positiva, quæ non obligant semper pro semper, ergo satis est, quod redditurus sit, quando poterit, non diu post.
798. §. 13. Quando impotentia potest emendari sine periculo mortis vel gravis morbi, tenetur uxor, quæ v. g. nimis arcta est, admittere incisionem, aliisque remedia naturalia, quia hoc est necessarium ad copulam, ad quam fecit jus marito, *Sot. Lop. Sanch. l. 7. d. 82. n. 32. & d. 93. n. Boudevvins p. 2. q. 19. Sperell. n. 41. Consentit Krim. n. 1290.* si hujus vitii conscia contraxit cum ignorante illud, quia censetur decepisse: si autem non fuit conscia hujus suæ arctitudinis, dicitur

dicat non teneri, quia bonâ fide tradidit corpus, quale à natura habebat, nec videtur teneri ad subeundos quasi intolerabiles cruciatus, ideòque si ipsa talem incisionem permittere non vellet, valeret nihilominus Matrimonium, uti rectè cum communi *Zacch. & Bonac. contra Pontium & Dianam* p. 3. t. 4. R. 201. Et hæcenus dicta valent, quando ex parte mulieris nimis arctæ est defectus. E contrâ si ipsa disposita est, prout naturaliter esse debet mulier, sed ex parte viri sit defectus, quia hic habet membrum virile nimis crassum, rectè dicunt *Hurt. Dian. Krim.* aliique cum *Kugler* à n. 2057. non teneri pati incisionem multum molestant.

§. 14. *S. Th.* in 4. dist. 34. q. 1. a. 2. ad 5. ait: 799. *Si vir non possit implere carnalem actum cum virgine, & tamen possit cum corrupta, tunc medicinaliter aliquo instrumento possunt claustra pudoris frangi, & ei conjungi.* Imò docet *Boudevvins* posse maritum etiam propriis digitis dilatare claustrum talis virginis à se ductæ in Matrimonium (quamvis contradicat *Sanch. d. 93. n. 39.*) hinc tale Matrimonium censei non debet invalidum, quidquid contradicant aliqui apud *Avers. f. 3.*

§. 15. Proposita est nobis hæc quæstio: an ^{800.} nimia latitudo vasis muliebris faciat talem impotentiam, ut ab initio invalidet Matrimonium: sed remissimus ad Medicos & Chirurgo: id solum dicere potuimus, si latitudo antecesserit, nec depelli possit, & sit constans causa, cur semen viri non possit recipi vel retineri à fœmina, facit impotentiam, adeòque ab initio invalidat Matrimonium, quia ab initio non fuit apta generationi: si autem de aliquo horum dubium sit, conformiter ad *Cap. Laudabilem, Cap. Fraternita-*

ris Cap. Litteræ, De frigid. & malef. debere à pœ-
tis inspici & examinari talem mulierem, uti eti-
am notat Gob. tr. 9. n. 429. potestque de nimia
tali latitudine & arctitudine videri etiam Zoc-
chias l. 3. tit. 1. q. 6.

801. §. 16. Putârunt aliqui Matrimonium tan-
tùm ratum dirimi per impotentiam semper du-
raturam, quæ contracto supervenit, v. g. si vir
fiat eunuchus: sed oppositum est certum ex Can.
Hi qui. 32. q. 7. & Can. *Si uxorem;* 32. q. 5. tum
enim solubile est ex concessione Christi, vel per
professionem religiosam, vel per dispensationem
Ecclesiæ, uti dictum est à n. 412. & quæ opponi
possunt, rectè solvant *Krim.* à n. 1277. *Kugl.* à n.
2076. *Aversf.* q. 13. f. 4. ubi rectè notat, si in her-
mophrodito superveniat impotentia ex muta-
tione sexûs, v. g. si priùs prævalebat in sexu fe-
mineo, & ideo contraxit ut mulier, postea au-
tem prævaleat sexus virilis, nec possit coire ut
mulier, sed tantùm ut vir, desinit Matrimoni-
um quamvis consummatum, sicuti desineret
per mortem, quia Matrimonium non stat inter
duos viros, hinc poterit uterque tanquam vir
copulari cum aliâ.

802. §. 17. Quando dubitatur, an impotentia
præcesserit, an supervenerit Matrimonio, putant
Sanch. d. 103. n. 4. *Henriq. Menochius, Laym. Regim.*
Mastr. n. 114. & alii præsumi posse, quòd præcesse-
rit; Idem sentit *Gob.* n. 432. & *Kugler* n. 2083. si
sit impotentia ex causis naturalibus, quia inapo-
tentia naturalis non solet ei obtingere, qui in
nativitate fuit capax, si verò sit ex maleficio, du-
bitat cum *Dicast.* putat tamen cum *Aversf.* q. 13. f.
4. & *Kugler* à n. 2084. etiam præsumi posse, quòd
præcesserit, quia sæpe ideo induitur, ut contra-
ha-

hentes postea cogantur dissolvere Matrimonium, ergo inducitur ante Matrimonium, alioquin non daret causam dissolutionis. Sed his meritis contradicunt *Abul. Hostiens. Abb. Sor. Silv. Angel. Bonac. Castrop. p. 3. §. 7.* qui putant tam de naturali, quam de accidentali ex maleficio præsumendum esse, quòd subsecuta sit: & consentit *Krim. n. 1295.* si dubium oriatur post aliquot annos à contracto Matrimonio, quia quisque præsumitur à natura potens, nisi probetur contrarium, ergo & præsumendum de valore Matrimonii: neque periculum est accedendi ad non suam, præsumet enim meritis esse suam: imò si cum alia contraheret, majus esset periculum, ne priore Matrimonio valente postea cognosceret non suam. Idem censet *Spor. n. 122. §. 4.* si sit ex maleficio, quia malefici sæpe quærunt tales conjuges totâ vitâ affligere: hinc infert *Schild. à n. 99.* non posse transiri ad secundas nuptias, neque in dubio, an impotentia talis accidentalis cœperit ante, an post Matrimonium, neque in dubio, an impotentia sit naturalis vel accidentalis: Hæ omnes sententiæ sunt probabiles: notat tamen *Avers.*; quòd argumentum illud: *in dubio præsumi debet pro valore Matrimonii,* non videatur habere locum in hoc casu, nam pro valore actûs præsumendum est, quando actus potest habere effectum suum, tale autem Matrimonium cum impotentia antecedente contractum non potest habere effectum suum, id est, exercitium copulæ, & consequenter non videtur pro eo præsumendum.

§. 18. Quamvis uterque fateatur impotentiam etiam post inchoatum experimentum triennii, *Sanch. d. 108. & De Luca De Matr. d. 9.* dicunt

cunt continuandum esse; *Avers.* q. 13. l. 5. dicit
 posse procedi ad sententiam separationis, si per
 inspectionem personarum peritarum simul cum
 confessione conjugum appareant signa proba-
 bilia impotentiae, quae superari non possit: con-
 sentiunt *Less.* in auct. v. *Matrimonium*, cas. 11. &
J. Sanch. d. 56. Rectè tamen notat *Panorm.* & *De*
Luca, quòd insinuavi n. 787. in fine, quando im-
 potentia est ex maleficio, maximè necessaria est
 triennii probatio absque potentia hoc tempus
 abbreviandi, tum enim non constat de perpetu-
 tate impotentiae, cum malitia dæmonis & ho-
 minum sit voluntaria, quae potest desinere, quid
 autem etiam post evolutum tempus triennii
 adhuc praequiratur, antequam ejusmodi con-
 juges separentur, videri potest ex Jure dedu-
 ctum apud *Sanch.* d. 108. ubi inter cætera dicit
 requiri juramentum viri, quòd seriò tentarit
 copulam, & mulieris, quòd etiam conata sit,
 nec impedièrit: item jurare debent ex parte cu-
 juslibet conjugis septem propinqui, vel his de-
 ficientibus septem vicini bonæ famæ, quòd cre-
 dant conjuges verum affirmare: hæc juramenta
 ex præscriptione consuetudinis fiunt super Cru-
 cem, cum ex Jure communi fieri deberent super
 Evangelia: & alterutro deficiente sententia pro
 dissolutione Matrimonii nulla est. Et quando
 constat Matrimonium non potuisse per trien-
 nium consummari, ordinariè postea amplius
 non possunt petere aut reddere debitum, quia
 tum censetur esse moralis cèrtitudo, quòd non
 superfit spes perficiendi copulam, ergo malè ten-
 tatur: Si tamen adhuc esset spes, possent perge-
 re, *Caj. Sanch.* l. 9. d. 17. à n. 20.

Objicies. Die uno ante triennium absolutum
 potest

potest peti debitum, ergo etiam die uno post illud, quia tum spes perficiendi copulam non est notabiliter minor. R. Dicitur potest, quod Jura tempus determinatum statuerint & iudicium de morali certitudine impotentiae definiverint ad tale tempus, ne homines exponerentur perplexitatibus: Alii dicunt, quod Ecclesia tum dissolvat Matrimonium ratum, si forte fuit validum, attamen sub conditione, nisi postea innotescat fuisse potentiam. Sed, secundum dicta, supponi debet non esse amplius prudentem spem perficiendi copulam.

§. 19. Si quis post experientiam triennii iudicio Ecclesiae declaratus sit impotens respectu unius, ideoque absolutus sit ab illo Matrimonio, & postea deprehendatur fuisse potens, v. g. per fornicationem cum alia simili, quamvis altera pars aliud Matrimonium inivisset & consummasset, S. Th. in suppl. q. 58. a. 1. O. Sanch. l. 7. d. 99. Gob. tr. 9. n. 430. Boudevv. p. 2. q. 13. Kugler à n. 2109. absolute dicunt debere redire ad prius Matrimonium, quia jam innotescit fuisse validum: Contradicit absolute Pontius, l. 7. c. 65. n. 6. quia putat Ecclesiam pro tali casu dissolvisse Matrimonium illud tantum ratum: Avers. q. 13. f. 5. distinguit, & tenet cum prima sententia, si fuerit casus impotentiae naturalis, ita enim videtur decidi Cap. *Fraternitatis* De frigid. & malef. è contrà, si fuerit casus maleficium, oppositum videtur decidi Cap. fin. 33. q. 1. nam dicitur, *etiamsi possibilitas concumbendi eis reddita fuerit, reconciliari nequibunt*: Ratio insinuata est n. 790. quia maleficium, quod per media ordinaria auferri non potest, sed tantum per voluntatem maleficorum, habetur tanquam impedimentum.

pedimentum perpetuum, ergo sicuti, licet impedimentum de se perpetuum tolleretur per miraculum, non ideo ab initio valisset Matrimonium, ita etiam hinc. Et ideo, si propter impotentiam ex maleficio separatio fit facta post triennium experientiae & alias probationes Juris, quamvis maleficiatus aliud Matrimonium ineat, ad quod fit potens, non est restituendus, quia frequenter contingit maleficia perpetua fieri ad causandam impotentiam respectu certae tantum personae & non omnium, *Sanch. l. 7. d. 91. Krim. n. 1311.* certum autem est, quod impotentia perpetua antecedens, etiam respectiva tantum, dirimat, uti habet communis cum *Kugler à n. 2097.*

805. §. 20. Si mulier de cujus impotentia dubitabatur, fuisset postmodum cognita à viro dissimili, v. g. juniore, aut habente corpus respectivè magis proportionatum, quamvis per copulam cum hoc ultimo reddita esset habilis etiam ad copulam cum primo, non ideo deberet reddi primo; ex eo enim non probatur, quod impotentia respectu prioris & alterius similis non fuerit perpetua, *Sanch. l. 7. d. 93. n. 12. Schild n. 98. Krim. n. 1293.*

806. §. 21. Si impotentia naturalis, quae iudicabatur esse perpetua, postea advertatur esse depulsa sine vitae periculo, sine miraculo, sine peccato, debet secundum dicta num. 804. rediri ad prius Matrimonium, etiamsi bonâ fide initum & consummatum esset secundum, quia impotentia erat temporalis tantum, adeoque primum Matrimonium fuit & manet validum, secundum autem invalidum. Refertur quidem declaratio apud *Pignat. t. 1. conf. 148.* quae videtur

detur contraria, sed vel supponitur, quod mulier illa respectu primi tantum mariti fuit ob ar-
bitrarietatem perpetuo impotens, vel dicendum,
quod Ecclesia ex causis tum dispensarit in Ma-
trimonio rato, secundum dicta à n. 414.

Q. 104. *Quam pœnam incurrat, qui contrahit sciens se habere impedimentum dirimens.* R. §. 1. De hoc ita statuitur *Clement. unica De consanguin.* Eos, qui scienter in gradibus consanguinitatis vel affinitatis constitutione canonicâ interdictis, aut cum Monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, nec non Religiosos & Moniales & Clericos in sacris Ordinibus constitutos Matrimonia contrahentes. . . . excommunicatio-
nis sententiâ ipso facto decernimus subjacere. Et præcipitur locorum Ordinariis, ut tales denuncient, & donec satisfecerint, vitari curent. Ea tamen pœna, cum sit odiosa, non extenditur ad alia impedimenta præter expressa, uti cum aliis notant *Pont. Spor. Avers. q. 7. l. 5. Krim. n. 1239. & 1138.* incurritur autem pœna, quam vis Matrimonium non consummetur.

§. 2. Qui sic contraxit bonâ fide, sed re cognita manet in incestuoso vel sacrilego usu talis Matrimonii, non incurrit eam pœnam, quia imponitur contrahenti, & extendenda non est, *Krim. n. 1241.*

DUBIUM III.

809.

Quomodo Matrimonium invalidum sit revalidandum.

RESP. I. Si fuit invalidum propter consensum fictum, vel metu extortum, sive ex una sive ex utraque parte, potest revalidari per quodcunque signum veri & novi consensûs; quia si altera tantum pars fictè contraxit, con-

LI 3

sen-

consensus unius partis habitualiter permanfit, et
ergo accedente alterius consensu revalidatur,
Sanch. l. 2. d. 32. n. 9. Con. d. 24. dub. 10. n. 89. Nav. Fill.
Bon. &c. Unde resolves,

I. Si metus vel defectus consensus fuerit al-
terius tantum partis, curandum est, ut ea sal-
tem novum & liberum consensum eliciat & ex-
ternis signis prodatur: alteri autem parti non o-
portet esse declarari, praestari novum consensum
ad valorem Matrimonii, Sanch. n. 10. Kon. Bon. p.
9. V. Meratium, d. 7. f. 15. n. 4.

II. Si uterque fictè vel coactè consenserit, ne-
cessè est, ut uterque consensum renovet & ver-
bis exprimat, quia cum utriusque consensus
planè nullus fuerit, aequè necessè est renova-
re & declarare, ac si factum nunquam fuisset,
Merat. n. 3.

Resp. II. Si invalidum fuit propter impedi-
mentum consanguinitatis v. g. vel aliud simile
occultum dirimens, tunc eo per dispensatio-
nem vel aliter sublato, atque ita personis ad
contrahendum habilitatis, requiritur novus
utriusque consensus, signo externo expressus &
quidem, ut probabilius docet Sanch. d. 36. ab-
solutus & independens ab antiquo. Ratio, quia
neutrius consensus antiquus fuit legitimus,
cum non caderet in legitimam materiam: Unde
resolves:

Si in tali casu altera pars sit ignara impedi-
menti, vel dubitetur, an sciat, illa suaviter in-
ducenda est ad novum consensum absolute
praestandum, dicendo, v. g. Si mihi non nupsisset,
nonne modò nuberet? vel, Angor scrupulis de Matri-
monii nostri valore, ideoque renovemus consensum.
Quod si fiat, sufficere (praesertim si sequatur
affectu

affectu maritali copula) docet *Quintan. in ap-
pend. l. 7. d. ult.* Quod si autem periculum sit, ne
pars illud impedimentum ignorans detrectet,
& scandala gravesque molestia timeantur, lice-
bit uti sententiâ conerariâ, quæ docet sufficere,
ut sola pars impedimenti conscia consensum
renovet, & alteri declaret, *Sanch. lib. 2. d. 26. & lib. 2.
d. 34. n. 61. Less. lib. 2. c. 17. Kon. d. 24. dub. 10. & Fill. n. 25.
S. c. Dian. p. 4. t. 4. R. 49.*

Resp. III. Ut Matrimonium invalidum,
quod coram testibus & Parocho est celebra-
tum, revalideretur, non opus est denuo coram
Parocho & testibus iniri, si impedimentum sit
occultum; secus si sit notum, quia prius Ma-
trimonium præsumptione Ecclesiæ censetur
validum, non autem posterius, *Navar. Sanch. l. 2.
d. 37. Kon. dub. 4. Regim. l. 31. n. 183. Fill. n. 93.*

A D D E N D A.

*Quest. 105. Quid circa hanc revalidationem sit præ-
tereâ notandum. R. S. 1.* Si tantum unus con-
jugum non fuisset baptizatus, idque certum es-
set, possunt ab invicem recedere, aut si velint es-
se conjuges, debent post Baptismum renovare
consensum, uti si Matrimonium non valuisset
ex alio certo defectu vel impedimento, nam
Baptismus prærequiritur ad valorem Sacramen-
ti, secundum dicta l. 6. p. 1. n. 165; Si dubite-
tur de Baptismo, tenentur permanere in Matri-
monio, & sic se habere, uti in alio dubio super-
veniente, *Comit. Gob. in exper. tr. 2. à n. 464. 674.
& colligitur ex dictis à n. 297.*

*S. 2. S. Th. in 4. dist. 29. a. 3. q. 2. ad 2. S. Bo- 811.
nav. ibid. n. 13. Nav. Gutt. Henriq. Rodrig. Dian. Côn.*

L 1 4

Bonac.

Bonac. Sanch. & alii cum Busenb. Aversf. q. 3. f. 6. & q. 11. f. 4. Kugler à n. 590. valde probabiliter dicunt, si unus fictè consenserit, sufficere, si hic solus postea eliciat verum consensum etiam internum tantum, quòd De Luca ad Trid. disc. 26. n. 32. affirmat, etiamsi per procuratores contraxissent, quia quamvis in contractibus mutus & onerosis, quando inter consensum unius & alterius intercedit multum temporis, non censetur manere virtualiter consensus primi contrahentis, sed renovari debet, uti cum aliis docet Sanch. l. 2. d. 32. n. 7. rectè tamen excipitur 12. & 14. cum Lugo in Resp. mor. l. 3. dub. 16. n. 31. Matrimonium & professionem religiosam, cum enim conjux semper tractet alterum ut conjugem, aut Religio ut Religiosum, censetur semper permanere prior consensus. Oppositum etiam probabiliter tenent Scot. Felin. Ledesm. Comit. Engel De divort. §. 1. n. 3. Pont. l. 4. c. 24. Mastr. n. 39. Krim. à n. 530. Castrop. d. 3. p. 7. §. 1. Gob. tr. 9. n. 414. dicentes utrumque debere renovare consensum, quia deceptus non consentiebat, nisi alter etiam seriò consentiret; hinc dato, quòd consensus decepti perseveret moraliter, tamen non videtur posse constituere Matrimonium, quia erat irritus, tum ob rationem datam, tum quia erat acceptatio corporis non traditi, sed tantum fictè oblatis: præterea consensus ille decepti fuit cum errore personæ, putavit enim alterum esse habitum, & tamen Jura natura ob defectum voluntatis erat inhabilis, ergo talis consensus non constituet unquam Matrimonium, quod enim à principio nullum est, tempore non convalescit; & consequenter oportet erit conjugem certiozem facere de nullitate Ma-

trimonii, ut sic de novo consentiat, aliàs semper censetur in priori tantum consensu, qui invalidus erat, permanere, & ex præsumpto illius valore operari, uti n. 814. dicitur. Atque ita respondisse *Clementem VIII.* testantur *Comit. l. 1. q. 120. & Pont. l. 4. c. 24. & 25. n. 12. Conf.* nam si uterque fictè consensisset, requiretur novus utriusque consensus, uti fateatur *Sanch. n. 11.* ergo similiter in nostro casu. *Nec obstat*, quòd dixi l. 4. n. 31. nempe ut professio religiosa, quæ ex defectu consensus in proficiente, invalida fuerat, revalidetur, sufficere, quòd hic clam jam ponat suum consensum, nam ibidem dedit rationem disparitatis, quia Ecclesia vel Pontifex supplet consensum & acceptationem Ordinis, uti sufficienter colligimus ex *Cap. Significantem, 11. De Regularibus & ex Cap. 1. §. Quòd si. De Regularibus in 6.*, consensum autem & acceptationem alterius contrahentis Matrimonium, nemo potest supplere.

§. 3. *Krimer* à n. 540. putat, si consensus mutuus sit præstitus coram Parocho & testibus, quamvis contrahentes fuerint impediti, v. g. per ignoratam consanguinitatem, hac dispensatà sine ullo novo consensu convalescere Matrimonium, sicuti si defectu ætatis fuisset invalidum, obtentà ætate hoc ipso convalesceret, quia priores illi consensus erant tantum extrinsecè invalidi, intrinsecè autem erant veri consensus, quantum est de se, constituentem contractum, factis autem est tales veros consensus existerè habitualiter, uti patet in duobus per procuratores, etiam quando dormiunt, contrahentibus. Oppositum tenendum est, quia consensus illi non erant in se legitimi, sed reipsa irriti, quamvis id

ab extrinseco proveniret, ergo quamvis isti consensus permaneant habitualiter, nunquam constituent Matrimonium: aliud est de consensibus contrahentium per procuratores, hi enim ab initio erant legitimi & validi.

813. §. 4. Si etiam bonâ fide contraxerint cum impedimento, de quo unus tantum eorum resciat, non sufficit, quod hic renovet consensum, sed debet etiam alter renovare, quia prior consensus ex parte utriusque fuit nullus, cum esset inter habiles, communis cum *Avers.* q. 11. l. 4. Ex quo patet disparitas quoad primam sententiam n. 811. relatam, nam secundum AA. illos, consensus alterius, qui non finxit, erat legitimus, & respectu personarum habilium, cum nullo impedimento tenerentur, uti supponitur.
814. §. 5. Etiam supposito, quod opus sit ex utraque parte renovari consensum, putant *Krim.* n. 546. & 2346. *Sor. Rodriq. Henriq.* non esse opus, ut præcedat notitia vel suspicio absoluta de nullitate prioris Matrimonii, quia cum persuasione illa, quod fuerit validum, stare potest intentio revalidandi, si fortè ex latente causa fuisset invalidum. E contra *Sanch. Pont. Castrop.* d. 2. p. 7. §. 2. n. 3. *Gob. in Quin. tr. 5. c. 37. n. 141.* & alii dicunt necesse esse, ut uterque fiat certior de nullitate prioris sui consensûs, tum quia in litteris dispensationis additur, ut dicto conjugè certiorato de nullitate prioris consensûs &c. dispenses; tum maxime, quia, inquit *Paulus Leonis* in praxi ad litteras Pœnitentiariæ p. 2. pag. 251. si v. g. mulier perseverans in ignorantia prioris invaliditatis et novo consentiat, consentit ex errore, vultque tantum firmare, quod putat antè factum esse, atque ita putans se consentire in maritum sic jam antea

antea suum, errat in substantia. Putârunt quidem Nav. & alii satis esse, si alter conjux conscius impedimenti dicat, *suspicio ex aliqua causa te non esse uxorem meam, ideo ob pacem conscientie mee rogo te, ut si, & quantum opus est, denuo nos habeamus pro conjugibus*: sed contrâ est; quia suspicio affert dubietatem tantum, & non tollit ignorantiam nec errorem, neque facit certiozem. Putârunt etiam Caj. Sor. aliique multi cum Sanch. l. 2. d. 36. n. 5. satis esse, si conjux conscius roget, an ita amet se, ut jam consentiat in maritum accipere, sicuti si esset libera, tumque ambo consentiant: sed obstant eadem rationes, ideoque necesse est, ut consensus, qui nunc præbetur, sit independens à priori, unde in rigore non est satis, si adducantur ad hoc, ut dicant; si non esses mea vel meus, jam vellem te habere, sic enim re ipsa tantum dicerent, se esse habituros novum consensum, si sciunt priorem non valuisse; sed requiritur, ut independentem à priore consensu dicant, & ideo te jam volo, quia ad valorem requiritur consensus de præsentem, Pont. Avers. q. 11. s. 4. Ratio reflexa hujus rigoris est, quia hic agitur de valore Sacramenti, & relatæ opiniones Nav. Cajetani, Sanch. Krim. in primis sunt dubiæ tantum probabilitatis, ergo nulla eis accedit certitudo ex dispositione Ecclesiæ: Deinde licet essent certò probabiles, tamen non sunt certæ, & hic agitur de valore consensus, quem Ecclesia supplere non potest, ergo si istæ sententiæ usurpentur, Sacramentum exponitur periculo nullitatis, ergo praxis earum opinionum damnata est ab Inn. XI. in 1. prop. Ita Cardenas in 2. crisi. diff. 2. à n. 669. Excipiunt Less. v. Matrimonium, cas. 3. Gob. in Exp. t. 10. n. 414. & in Quin. t. 5. c. 37. n. 134. aliique commu-

munitur casum extremæ necessitatis, si v. g. mulier periclitaretur de vita, aut si esset periculum gravissimi mali, inquit *Carden.* n. 681. talis enim necessitas videtur salvare reverentiam Sacramenti, ideóque illam non videtur comprehendere damnatio: Et hoc conforme est dictis l. 6. p. 1. n. 110. imò si plus fieri non possit, putant aliqui AA. cum *Tiburt. Navar* in manud. ad praxim p. 2. c. 3. in tali gravissima necessitate per actum conjugalem, quem petit conjux impedimentum ignorans, censeri posse revalidari Matrimonium. Sed si hos casus comprehendat damnatio, si ve non, quoad rem ipsam, in his omnibus adhuc contradicit *Avers.* f. 5., quia talis alius modus, aut etiam simplex copula non necessario habet adjunctum novum & absolutum consensum de præsentis. Denique notant rectè *Sanch. Carden.* & alii communiter non esse opus, ut in specie dicatur, quale fuerit impedimentum, sed satis esse dicere aliquid defuisse, aut si conjux impedimenti conscius dicat se consensum non habuisse: consensus enim invalidus re ipsa non fuit consensus, cum fuerit nullus si ve irritus.

815. §. 6. Quamvis contradicant *Gutt. Comar.* l. 1. q. 120. *Lug.* in Resp. mor. l. 6. d. 2. n. 3. *Pont.* l. 6. c. 6. à n. 6. tamen multi docent esse moraliter certum, *Castrop.* d. 3. p. 7. §. 3. n. 2. dicit esse in conscientia securum, *Kugler* n. 891. tutum, quòd Matrimonium coram Parocho & testibus invalidè contractum, vel ob defectum consensu, vel ob aliud impedimentum, postea obtentâ dispensatione impedimenti possit revalidari privatim sine Parocho & testibus, quia Pontifices & Cardinales declarant sic esse faciendum, uti testatur *Carden.* in 2. crisi d. 2. n. 667. sicque etiam præ-

dicat *S. Pœnitentiaria* quando dispensat. Deinde
 certum est *Trid.* ideo requirere Parochum & tes-
 tes, ut vitentur gravia peccata scandali aliâque
 mala nascentia ex clandestinis Matrimoniis,
 quæ certum est non nasci, quando Matrimoni-
 um semel fuit contractum in facie Ecclesiæ, ergo
 certum videtur rationem & finem *Tridentini*
 non extendi ad hunc casum, uti pluribus evin-
 cit *Wex p. 5. tr. 2. contr. 6.* Et ideo etiam ab-
 solutè hanc sententiam tenent ut veram *Nav. Pias.*
Zoëf. Laym. & alii apud Wex n. 17. Item *Barb. De*
off. Episc. alleg. 32. n. 157. Less. in Auct. v. Matrimo-
onium, cas. 6. Mastr. n. 45. Pyrrh. Corr. l. 7. c. 7. §.
Matrimonium. Gob. tr. 10. n. 415. Spor. n. 271. Krim.
à n. 536. Kugler à n. 885. & consentit Gorm. De
Sacram. n. 325. pro casu necessitatis. Et cum hæc
sententia sit certò probabilis, uti cum AA. gra-
vissimis tenet Avers. q. 11. f. 5. secundum Regu-
lam datam l. 6. p. 1. à n. 117. & hic n. 40. si fortè
vera non esset, Ecclesia pro tali casu dispensat,
sive supplet assistentiam Parochi & testium. De-
clarationes autem, quas in contrarium afferunt
Adversarii, rectè explicant Avers. supra & Pignat.
tom. 8. consult. 27. Extendunt hæc Cón. d. 24.
dub. 10. Tamb. l. 8. t. 4. c. 7. §. 7. Gob. & alii ad
casum, quo Parochus vel testis scivisset subesse
impedimentum, quia adhuc testari possunt con-
tractum esse externè ininitum secundum præscri-
*ptum *Trid.* nec ad eos spectat testari de valore,*
qui pendet à multis, quæ ipsis sunt incognita,
sic enim rescire non possunt de consensu inter-
no. Sed in hoc probabilius contradicunt Avers.
Kugler n. 884. & alii, quia tum coram facie Ec-
clesiæ non constaret de validitate, sed potiùs de
nullitate talis Matrimonii: Et consequenter
 eri-

etiam, si sit prudens periculum, ne impedimentum aliquando innotescat, quamvis esset notum ex sola confessione sacramentali, deberet cum venia pœnitentis Matrimonium revalidari coram Parocho & testibus, uti tenent *Henriq. Sanch. Rebel. Hurt. Laym. Castrop.* n. 3. *Herric.* d. 5. n. 27. *Kugler*, & certum esse dicit *Sporer* p. 4. c. 2. f. 2. n. 462. deberetque dispensationis renovatique Matrimonii testimonium asservari; postea, si erumpat, conjuges censeantur invalidè contraxisse, & proles in foro externo habeantur illegitimæ. Hinc rectè notat *Avers.* q. 4. f. 6. & *Dicast.* d. 11. n. 99. si impedimentum esset notorium, multò magis debere revalidationem fieri coram Parocho & testibus: Et quamvis *Pignat.* dicat etiam præmittendas esse proclamationes, tamen pro his meritò petenda & concedenda est dispensatio.

816. §. 7. Quando in rescripto dispensationis expressè ponitur, ut inter se publicè & servatâ formâ *Trid.* contrahant; multi tenent, tum saltem esse semper necesse, ut iterum fiat coram Parocho & testibus, quia Pontifex sub ea conditione & modo dispensat: Negant ideo esse necesse *Sanch. Pont. Pyrrh. Corrad. Krim.* n. 539. quia plus non videtur velle Pontifex, quàm ut semel sit factum publicè & juxta formam *Trid.* sive primâ, sive secundâ vice.

817. Q. 106. An Confessarius advertens Matrimonium esse nullum, teneatur statim admonere, ut abstinere ab eius usu. R. Hoc resolutum est hic à n. 540. & etiam l. 6. p. 2. à n. 1758.

DUBIUM IV.

818.

A quo & ob quam causam possit dispensari in impedimentis Matrimonii.

Resp. I. Papa non potest dispensare in impedimentis Jure naturæ vel divino dirimentibus, nisi ex speciali concessione; in iis vero, quæ Jure ecclesiastico dirimunt, potest. Ratio prioris, quia inferior non dispensat in lege Superioris, nec homo in lege naturæ. Addidi, nisi ex speciali, quia sic Pontifex (non tamen Episcopus) potest Matrimonium ratum dissolvere, ex iusta causa, *Sanch. Less. Præp. q. 5. d. 8. Dian. p. 8. r. 1. R. 52. & 93.* Ratio posterioris, quia Pontifex talia impedimenta inducit; ergo etiam potest tollere, & quidem solus: *Unde resolves,*

I. Episcopus in impedimentis dirimentibus Matrimonium jam contractum non potest ordinario Jure dispensare, nisi ex tacita concessione in casu necessitatis, quando sequentia concurrunt, 1. ut defectus sit dispensabilis. 2. Ut sit occultus, id est, non sit notorius seu divulgatus. 3. Ut ex altera parte saltem Matrimonium bonâ fide sit contractum. 4. Ut non sit facilis accessus ad Papam. Ita commun. *Sanch. Kon. Perez d. 43. f. 6.* Quando autem contractum est ex dispensatione subreptitia, non potest Episcopus suâ dispensatione priorem confirmare, *Dian. p. 9. r. 7. R. 40. ex Præp. Perez & c.* In impedimentis verò dirimentibus Matrimonii nondum contracti videtur nunquam posse: imò nec Legatus à latere, nisi ex speciali facultate, *Laym. l. 5. r. 10. p. 4. cap. 6. & lib. 1. tr. 4. cap. 22. Bqn. q. 3. p. 15. & c. contra quos Dian. p. 8. r. 3. R. 80. cum Præp. Villalob. & Escob. de leg. Ex 14. ca. 4. putat, Episcopum id posse*

»posse aliquando in casu raro, ex causa maxime
 »urgente, si omnibus tentatis iudicetur necessa-
 »rium esse ad vitandam gravem infamiam vel
 »grave scandalum, cui aliter occurrri non possit,
 »idque ex tacita Papæ licentia.

» Resp. II. In impedimentis non dirimentibus
 »possunt Episcopi dispensare universaliter.
 »Quod addo, quia excipiuntur illa, quæ Jure na-
 »turali & divino impediunt, ut votum castitatis
 »absolutum & perfectum; *Bon. q. 3. p. 15. ex No-*
 »*Sanch. &c.*) & Sponsalia priora, ut habet *Tom. d.*
 »*S. q. 4. d. 2. n. 30. ex Sanch. l. 7. d. 17. n. 8. Idem habet*
 »*Fill. t. 10. p. 2. c. 10. n. 306. Laym. c. 15. n. 2. sub finem. Si*
 »militer Episcopus potest dispensare in impedi-
 »mentis, quæ Matrimonio superveniunt & im-
 »pediunt petitionem debiti, v. g. cognationis
 »spiritualis vel affinitatis, *Bon. l. c. ex Sanch. l. 8. d. 1.*
 »*n. 16. Fill. l. c. Ubi excipit incestum commissum*
 »(Matrimonio consummato,) cum consan-
 »guineis uxoris, in iis, qui non sunt juvenes.

» Resp. III. Possunt etiam Confessarii Regula-
 »res approbati, de licentia tamen suorum Pro-
 »vincialium, dispensare ad petendum debitum
 »conjugale, propter cognitionem consanguines
 »conjugis in secundo gradu, ut *Rodriq. Regularium*
 »*tom. 1. q. 63. a. 1. nullo modo tamen in impedi-*
 »*mento ipso. V. Perez d. 44. f. 7. n. 13. Dixi, Pro-*
 »*vincialium: quia quod Molf. Leon. &c. volunt.*
 »Confessarios Societatis JESU habere omnes
 »hanc facultatem immediatè à P. Generali, ut
 »refutat *Dian. p. 3. t. 2. R. 14.*

» Resp. IV. Ut licitè dispensetur in impedi-
 »mentis dirimentibus, requiritur justa causa
 »qualis secundùm *Fill. c. 8.* est, v. g. extinctio
 »magnæ litis vel odii inter agnatos. 2. Ablatio
 »scandali

E
2

TA
P
La

Tom

C

scandali. 3. Inæqualitas Matrimonii, nisi con-
 sanguineis vel affinibus nubatur. 4. Defectus
 dotis competentis. 5. Conservatio facultatum
 in eadem cognatione. 6. Merita petentis di-
 spensationem. Plures vid. apud Sanch. d. 19. Kon.
 d. 33. Hurt. 26. Perez f. 5. ubi notat, 1. quantò
 gradus consanguinitatis vel affinitatis est pro-
 pinquior, tantò requiri causam graviolem. 2.
 Sæpe plures aggregatas causas sufficere, qua-
 rum singulæ non sufficerent. Vid. etiam Dian.
 p. 8. t. 3. R. 93.

Resp. V. Si quis dubitet, an habeat impedi-
 mentum dirimens, v.g. contrahendi Matrimo-
 nium cum certa persona, & adhibitâ diligentia
 sufficienti non possit intelligere veritatem,
 probabile est posse cum ea contrahere sine di-
 spensatione, (nisi tamen præsumptio aliqua
 sit pro impedimento) quia possessio stat pro
 libertate contrahendi, Sanchez, Sanchius. Franc.
 Leg. Bardi, d. 6. c. 11. p. 7. §. 11. contra Laym. &
 Palaum.

A D D E N D A.

Quest. 107. Quid in genere notandum sit circa di- 819.
 spensationes, & præcipue matrimoniales. R.

Multa de dispensatione dixi l. 1. n. 796. & seqq.
 quæ hic supponi debent: quandoque tamen hic
 ad illa remittam, sed prius adde sequentia.
 §. 1. Ad omnem dispensationem, ut licita sit,
 requiritur causa aliqua, etiam si Papa det circa
 legem propriam, uti rectè cum communi Spe-
 vell. decis. 109. Hinc est celebre dictum S. Bern.
 De confid. l. 3. circa finem: *Ubi necessitas urget,*
excusabilis dispensatio est: ubi utilitas provocat, dispen-
satio laudabilis est; utilitas dico communis, non propria.

Tom. VIII.

M m

nam

nam cum nihil horum est, non plane fidelis dispensatio, sed crudelis est dissipatio. Et S. Th. 2. 2. q. 88. a. 1. O. ait: omnis dispensatio petita à Prælato debet fieri ad honorem Christi, in cuius persona dispensat, & ad utilitatem Ecclesiæ, quæ est ejus corpus. Et ideo aliqui Tò dispensare derivant à bis pensare, quia fieri debet maturè & consultò. Hinc, quando in matrimonialibus dicitur peti dispensatio sine causa, non est sensus, quòd nulla omnino sit causa; sed quòd petentes nolint causam exprimi: hinc dicitur eos petere ex certis rationabilibus causis annuoratorum moventibus; & pro justificanda retentoria causæ suæ potiùs offerunt multam pecuniariam ad sublevandas necessitates Ecclesiæ. Et in hoc casu executor dispensationis non debet inquirere in has causas, sed tantùm examinare, an reliqua narrata verificentur, uti rectè Sanchez l. 2. d. 35. n. 24. Krim. à n. 2105. Rosa De exec. litt. apoll. p. 1. c. 12. n. 23.

820. §. 2. Sperell. n. 27. ex Jure & Auctoribus ducit quindecim causas, quæ dispensationem justificant, & sunt: 1. personarum numerus. 2. Prærogativa meritorum. 3. Ætas tenera vel provecta. 4. Locus. 5. Tempus. 6. Pietas. 7. Utilitas populi. 8. Religio. 9. Utilitas Ecclesiæ. 10. Necessitas. 11. Scandalum. 12. Eventus rei. 13. Majus bonum, vel majoris malæ vitatio. 14. Futurum inde bonum. 15. Misericordia. De causis specialibus dispensandi in hoc vel illo impedimento, aliqua addam in num. 898.

821. §. 3. Si quis Papà inferior in impedimentis dispenset absque vera & sufficiente causa, vel absque causæ cognitione, saltem extrajudicialiter, dispensatio est invalida; quia impedimenta sunt

sunt leges Superioris, circa quas inferior non potest, nisi ex causis, quas probaret, & examinari vult Superior, non aliter concedens dispensandi potestatem; communis cum *Sperell.* à num. 10. & 34.

§. 4. Si Jus concedens dispensationem, expresserit rationem dispensationis, potestas dispensandi extenditur ad alium casum, in quo tenet illa ratio expressa; nec tum propriè fit extensio, sed casus iste alius ex tacita mente dispensantis includitur in altero, ratio enim allata deiecit omnes casus, in quibus illa reperiatur, *Gob. Abb. Sanch. & alii cum Sperell. decis. 112.*

§. 5. Dispensatio trahitur ad necessariò & de se connexa, sine quibus habere non posset effectum, uti habet communis cum *Sanch. l. 8. d. 1. Sperell. decis. 112. à n. 17.* alioquin censetur frustraneè data. Hoc non obstante, sublato per dispensationem uno impedimento remanet aliud, quia non sunt necessariò & de connexa; hinc tot requiruntur dispensationes, quot sunt impedimenta, *Gonz. ad Reg. 8. Cancell. Gob. n. 97. Sperell. n. 24.*

§. 6. Ordinariè dispensari potest cum absentem, cum dispensatio non spectet ad forum poenitentiae, sed sit actus jurisdictionis, quæ manet circa absentem: & ita declarasse *sacram Congreg. dicit Pignat. tom. 1. consult. 20. n. 9.* An hoc etiam teneat, quando in dispensatione additur, pro foro conscientiae, vel in foro poenitentiae, dicitur num. 956.

Q. 108. Quid præterea sit notandum circa potestatem Papæ in dispensando quoad impedimenta Matrimonii. R. §. 1. Putarunt *Ang. Henriq. & alii* Papam ex concessione Dei posse dispensare in omnibus

planè impedimentis, etiam de Jure naturæ dirimuntur; sed contradicunt communissime omnes cum *Sanch.* l. 8. d. 6. & *Avers.* q. 19. f. 1. quia nullum fundamentum habemus talem concessionem asserendi; imò probabilius dicitur, nequidem Deum directè & propriè dispensare posse in lege naturæ, uti cum communiter *Suar.* de leg. l. 2. c. 14. n. 5. talia enim non ideo mala sunt, quia prohibentur, sed ideo prohibentur, quia in se & necessariò mala sunt: potest tamen Deus mutare materiam aut circumstantias, & ita facere, ut aliquid non sit amplius de Jure naturæ.

826. §. 2. Papam posse ex concessione divina propriè dispensare in aliquibus impedimentis, quæ sunt Juris divini positivi, docet cum aliis *Sanch.* l. 8. d. 6. è contrà posse tantùm authenticè declarare Deum hic & nunc permittere agi præter legem suam, docent alii, nec videtur esse questio, nisi de nomine, de quâ videri possunt plura apud *Castrop.* tr. 3. d. 6. pu. 3. & *Krim.* à n. 2030. Posse autem Papam omnem, per se loquendo, in papalibus & quorumcunque Conciliorum ac Canonum legibus dispensare, habet communissima, cum sit supra omnia Concilia & supremus ipse Legis-Lator: quod verum est etiam de lege humana ab aliquo Apostolo lata, quia Papa est legitimus Petri successor & parus cum eo auctoritatis, *Suar.* De leg. l. 10. c. 14. aliique cum *Krim.* n. 2030. Quandonam inferior dispensare possit in lege Superioris, dictum est l. 1. n. 796. potestque videri etiam *Krim.* à n. 2034.

827. §. 3. Hæc 4. impedimenta sunt de Jure naturæ, saltem respectu humanæ potestatis indispensabilia, ideoque etiam in infidelium Matrimo-

monii habent locum : 1. Error in persona. 2. Impotentia perpetua. 3. Consanguinitas primi gradus in linea recta : 4. Ligamen in actuali Matrimonio. Cætera sunt dispensabilia, neque habent locum in Matrimonio infidelium, qui non obligantur Jure ecclesiastico, *Sanch. l. 8. d. 6. n. 12. Dixi 1.* respectu humanæ potestatis, quia manet controversia, an Deus non possit ita mutare vel ponere circumstantias, ut in aliquibus dispensare posset, uti certum est posse plures uxores uni viro permittere. *Dixi 2.* in linea recta, nam n. 611. retuli multos, qui dicunt consanguinitatem in 1. gradu lineæ transversæ inter fratrem & sororem esse tantum Juris positivi divini & ecclesiastici. Inter eos autem, qui admittunt esse Juris naturæ, aliqui putarunt dispensari posse in eo à Papa, si ita postularet necessitas regni aliàs interituri, sed melius contradicunt alii cum *Sanch. l. 8. d. 6. n. 10.* fatendum tamen est id fore licitum, si aliàs genus humanum interiret; nam ideo licuit Matrimonium inter proles Adami: quo casu retuli aliquos n. 610. qui dicunt etiam tum fore licitum inter patrem & filiam, licet consanguinei sint in primo gradu lineæ rectæ.

§. 4. Quamvis 24. Auctores magni nominis, § 28. quos referunt *Sanch. l. 7. d. 52. n. 5. & Carden. in 1. crisi d. 11. n. 153.* dicant, quod omnes gradus consanguinitatis & affinitatis dirimant Matrimonium Jure naturæ, adeoque in eis nequidem Papam dispensare posse, tamen rectè dicit *Sanch. n. 6.* sententiam illam non esse tolerandam, nam licet sint aliquo modo de Jure naturali quasi secundario, in quantum natura dicat erga omnes consanguineos & affines servandam esse honesta-

stacem, ne jungantur copulâ, tamen Jus naturæ non dicitur id esse indispensabile in ordine ad Matrimonium, patetque Ecclesiam in plerisque dispensare. Et secundum hæc tenus dicta primus gradus affinitatis & secundus consanguinitatis sunt impedimenta Juris positivi tantum, ideoque potest Papa in illis dispensare, quamvis in una persona concurrant, dispensaruntque aliquando, uti testantur *Lugo* in Resp. mor. l. 1. dub. 43. & dub. 40. n. 29. *Gob.* tr. 9. n. 609. & 610. Unde AA. 30. & plures, quos referunt *Sanch.* l. 7. d. 66. n. 5. & *Dian.* p. 4. tr. 4. R. 93. dicunt Papam dispensare posse cum socero, ut ducat uxorem filii sui mortui, quamvis plures numero & autoritate majores apud *Sanch.* & *Dian.* id negent. *Lugo* in Resp. mor. l. 1. dub. 40. dicit, extraordinariam causam requiri ad dispensationem talem, nec expedire, ut fiat, ob dubium, an non sit contra Jus naturæ, in multis enim locis Scripturæ copula soceri cum nuru statuitur puniunda veluti alia crimina Jure naturæ illicita, & aliqua Concilia Provincialia rejiciunt ea Matrimonia etiam inter infideles velut irrita, ideoque nullus unquam Pontifex sic dispensavit.

829. §. 5. *S. Anton. Cajet. Dur. Scotus Suar.* innumeri alii cum *Sanch.* l. 8. d. 8. n. 6. *Mendo* diff. 11. n. 37. *Maffrio* n. 116. *Kugler* n. 1662. docent Pontificem posse, & reipsa dispensasse aliquando cum Religioso professo ad contrahendum Matrimonium, & hoc est conforme dictis n. 583. quod etiam docuit aliquando *S. Th.* licet 2. 2. q. 88. a. 11. in O. sententiam illam revocet, & cum *Silvestro* dicat fieri non posse, eò quod continentia videatur esse de essentia Ordinis religiosi: sed responderetur, imprimis probabile esse, secundum

dum dicta l. 4. n. 3., quod votum castitatis conjugalis cum debito aliquando abstinendi ab uxoribus, sufficiat ad statum religiosum: Deinde dato, quod non sufficiat, sed nunc saltem post *Conc. Later. & Trid.* de quibus dixi, requiratur absoluta castitas, hoc non obstante potest Pontifex facere, ut talis dispensatus desinat esse Religiosus, quia esse Religiosum non habetur per characterem indelebilem, sed per voluntatem Ecclesie, quae revocari potest, & sicuti talibus votis addidit solennitatem, ita potest tollere, uti rectè *Krimer* à n. 452. & 2158. ad eum modum, quo locus aliquis ex voluntate Ecclesie fieri profanus: si autem talis homo desinat esse Religiosus, non est ratio, cur non possit validè inire Matrimonium, cum illud, per se loquendo, validè ineat ligatus voto simplici castitatis. Et ex his cadunt omnia, quae habet *Gonet* hic d. 9. a. 2. possuntque videri fusè soluta apud *Kugler* à n. 1661.

§. 6. Circa dispensationem in gradibus prohibitis iterum refero hic verba *Trid. sess. 24. c. 5.* De ref. Matr. quae occasione alià etiam retuli n. 498. Si quis intra gradus prohibitos scienter Matrimonium contrahere praesumpserit, separetur, & spe dispensationis consequenda careat: idque in eo multò magis locum habeat, qui non tantum Matrimonium contrahere sed etiam consummare ausus fuerit. Quid si ignoranter id fecerit, siquidem solennitates requisitas in contrahendo Matrimonio neglexerit, eisdem subiciatur poenis: Non enim dignus est, qui Ecclesie benignitatem facile experiatur, cujus salubria praecepta temerè contempserit. Si vero solennitatibus adhibitis impedimentum aliquod subesse postea cognoscatur, cujus ille probabilem ignorantiam

habuit, tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit. In contrahendis Matrimonii vel nulla omnino datur dispensatio, vel raro, idque ex causa, & gratis concedatur. In secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam.

§ 31. §. 7. Putant Henric. alique cum Gob. n. 678. circa ista verba, nisi inter magnos Principes, praxim esse, ut hoc extendatur ad omnes personas principaliores, adeoque ad omnes valde potentes & divites, inò ad omnes nobiles, sufficitque ad nobilem, quòd solus Pater sit nobilis, non tamen, si sola mater, Sanch. l. 8. d. 19. n. 6. Ut autem quis dicatur esse ex honesta familia, satis est, si familia nullâ turpitudinis notâ laboret. Addunt Nav. & Sanch. n. 3. eâ prohibitione dispensandi in 2do gradu, intelligitur tantum de consanguinitate vel affinitate ex copula licita, non autem ex fornicatione, uti nec de publica honestate.

§ 32. Q. 109. Quid notandum sit circa facultates, quas habere solent Nuntii Apostolici, etiam circa impedimenta Matrimonii. R. Ut sciatur, in quibus communiter recurri possit ad Nunciaturam, circa annum 1680. Nuntio Coloniensi concedebantur sequentes Facultates: 1. Absolvendi ab hæresibus & apostasia à fide, & à schismate, quoscumque etiam Ecclesiasticos, tam sæculares, quàm regulares, non tamen eos, qui ex locis fuerint, ubi Sanctum Officium exercetur, nisi in locis Missionum, in quibus impunè grassantur hæreses deliquerunt: nec illos, qui judicialiter abjuraverint, nisi isti nati sint, ubi impunè grassantur hæreses, & post judicialem abjurationem illuc reversi in hæresin fuerint relapsi, & hos in foro conscientia tantum.

2. Tenendi & legendi libros prohibitos hæreticorum ad effectum eos impugnandi, & alios quomodolibet prohibitos, præter opera *Caroli Molini*, *Nicolai Machiavelli*, ac libros de Astrologia judiciaria principaliter aut incidenter, vel alios quovis modo de ea tractantes, ita tamen, ut libri ex illis provinciis non efferantur.

3. Dispensandi in 3tio & 4to simplici & mixto tantum cum pauperibus in contrahendis; in contractis verò cum hæreticis conversis (quamvis pauperes non sint) etiam in 2do simplici & mixto: & in his casibus prolem susceptam declarandi legitimam, dummodo in 2do non attingat 1mum gradum.

4. Dispensandi super impedimento publicæ honestatis justitiæ ex sponsalibus proveniente.

5. Dispensandi super impedimento criminis, neutro tamen conjuge machinante, ac restituendi jus perendi debitum amissum.

6. Dispensandi in impedimento cognationis spiritualis, præterquam inter levantem & levatum.

7. Hæ verò matrimoniales dispensationes, videlicet 3. 4. 5. & 6. non concedantur, nisi cum clausula, dummodo mulier rapta non fuerit, & si rapta fuerit, in potestate raptoris non reperitur: & in dispensationibus hujusmodi declaratur illas expressè concedi tanquam à Sedis Apostolicæ delegato, ad quem effectum etiam tenor hujusmodi facultatum inferatur, cum expressione temporis, ad quod fuerint concessæ, aliàs nullæ sint.

8. Dispensandi & commutandi vota simplicia in alia opera, exceptis votis castitatis & Religionis.

9. Dispensandi in irregularitatibus ex delicto, occulto tantum provenientibus, excepta eâ, quæ ex homicidio voluntario contrahitur.

10. Absolvendi ab omnibus casibus reservatis etiam in Bulla cœnæ Domini, in locis tamen, ubi impunè grassantur hæreses.

11. Delegandi simplicibus Sacerdotibus potestatem benedicendi paramenta & alia utensilia ad Sacrificium Missæ necessaria, ubi non intervenit sacra unctio; & reconciliandi ecclesias pollutas, aquâ ab Episcopo benedictâ, & in casu necessitatis etiam aquâ ab Episcopo non benedictâ.

12. Communicandi has facultates in totum vel in parte, prout opus esse secundum ejus conscientiam judicaverit, sacerdotibus idoneis in conversione animarum laborantibus in locis tamen hæreticorum, ubi prohibetur exercitium catholicæ religionis.

13. Utendi eisdem facultatibus in locis Nuntiaturæ suæ tantum.

14. Et præfatæ facultates gratis & sine ulla mercede exerceantur, duraturæ, quousque munere Nuntii Apostolici in Colonia fungetur.

Eidem Nuntio per alias litteras etiam concessæ erant sequentes, quas continuatâ serie numerorum hic paucis referam.

15. Quoscunque Clericos illarum partium pro necessitate dictarum Ecclesiarum & arctatos requisita habentes promovendi ad omnes Ordines titulo Patrimonii vel Beneficiorum seu Missionis, etiam extra tempora, ac interstitiis non servatis, etiam si in suscepto Ordine, antequam ad alium promoveantur, se non exercuerint.

16. Ubi penuria piscium est, etiam tempore quadragesimæ dispensandi in esu ovorum, lacti-
cinatorum & carniuum.

17. Absolvendi simoniacos in foro conscien-
tiæ, dimissis per eos Beneficiis & rebus per simo-
niam obtentis.

18. Quoscunque sæculares & Regulares in
dignitate ecclesiastica constitutos deputandi,
qui ecclesias, cœmiteria, altaria, campanas, &
alia utensilia Missæ, etiam in quibus sacra un-
ctio adhibetur, aquâ & oleis ab aliquo Episco-
po benedictis.

19. Cum pauperibus catholicis dispensandi
in 2do cum 3tio gradu, item in 2do simplici af-
finitatis ex actu fornicario, pro contractis &
contrahendis Matrimoniis.

20. Per se ipsum vel alium visitandi quascun-
que ecclesias, monasteria, & loca sæcularia &
Regularia etiam mendicantium, & quomodo-
cunque exempta, ac Sedi Apostolicæ immedia-
tè subjecta, vel quocunque alio privilegio sus-
sulta: Personas omnes sæculares & regulares
etiam exemptas, quoties videbitur: Et in illo-
rum statum, mores, disciplinam in capite &
membris inquirendi, reformandi, mutandi,
corrighendi.

21. Contra inobedientes, falsarios, usurarios,
raptores, incendiarios & alios criminosos etiam
exemptos, eorumque fautores receptores cu-
juscunque dignitatis, ordinis, vel conditionis,
per viam accusationis vel denuntiationis, aut
ex officio simpliciter, sine strepitu iudicii inqui-
rendi & procedendi, reosque pronunciandi.

22. Horum criminum, item matrimoniales
& quascunque alias causas ecclesiasticas vel ap-
pella-

pellationes admittendi, attamen sine præjudicio Ordinariorum, quoad causas beneficiales in prima instantia: pronunciandi in illis etiam summarie, simpliciter, sine strepitu, solâ facti veritate inspectâ.

23. Causas ejusmodi aliis delegandi: ferendi quaslibet censuras & pœnas contra inobedientes &c. apponendi interdictum ecclesiasticum.

24. Juramenta quæcunque ad effectum agendi duntaxat quibuslibet relaxandi.

25. Quoscunque à quibuscunque censuris & pœnis simpliciter vel ad cautelam, prout Jura fuerit, absolvendi. Etiam absolvendi ab excommunicatione, aliisque sententiis, censuris & pœnis ecclesiasticis & temporalibus, quæ ideo incurrerint.

26. Quæcunque Beneficia ecclesiastica simplicia extra Metropolitanas cathedrales & collegiatas ecclesias, per obitum illorum ultimorum possessorum extra Romanam curiam vacantia, conferendi, dummodo illa aliàs, quam ratione mensium Apostolicorum reservata non fuerint.

27. Concedendi, ut bona immobilia Beneficiorum in emphyteusim, sed non ultra tres generationes, sub annuo canone non excedente summam quinque ducatorum, in evidentem ipsorum Beneficiorum utilitatem alienentur & permutentur.

28. Concedendi monitorias & pœnales litteras contra ignotos malefactores, aut confisarios revelare differentes.

29. Omnibus Christi fidelibus pium operantibus centum aut plurium dierum circa annum Indulgentias concedendi: Verè pœna-

tentibus confessis & communicantibus, qui sæculares vel regulares ecclesias aut capellas in una vel duabus anni festivitibus visitaverint, & pro unione christianorum Principum, fidei catholicæ propagatione preces fuderint, pro tali die 7tem annorum & totidem quadragenarum.

30. Concedendi, ut tempore interdicti Apostolici in aliquo loco privatim & januis clausis celebretur in familiæ præsentia.

31. Committendi has facultates in toto vel in parte. *Sequentes præterea facultates sunt à sacra Pœnitentiaria extraordinariè & pro foro conscientie concessa duobus Nuntiis Apostolicis pro tempore durantis sue Nunciaturæ.*

32. Absolvendi à censuris contra duellantes inflictis, tam in casibus publicis quàm privatis, etiam cum facultate subdelegandi uni vel pluribus prudentibus Confessariis & approbatis ab Ordinario.

33. Item à censuris inflictis contra injicientes manus violentas in clericos vel Presbyteros, dummodo non sit secuta mors vel mutilatio vel fractio ossium, tam in casibus publicis quàm privatis, secutâ tamen partis satisfactione, cum obligatione parendi sententiæ sive ordinationi Ordinarii loci, ubi secutum fuerit delictum, sub pœna reincidentia in easdem censuras, si satisfacere & respectivè parere contempserint.

34. In casibus tantùm occultis dispensandi cum eis, qui jus petendi debitum conjugale amiserant ob affinitatem supervenientem, cum gravi pœnitentia salutari, remotâ occasione peccandi cum uxoris seu mariti consanguinea vel consanguineo respectivè.

35. Dispensandi ad petendum debitum conjugale

jugale cum iis , qui voto simplici castitatis adstricti , transgrediendo ipsum votum , Matrimonium contraxerunt , cum poenitentia salutari & obligatione servandi votum excepto usu Matrimonii , & idem votum servandi mortuo seu mortuâ conjugé.

36. Dispensandi super impedimento occulto affinitatis proveniente ex copula illicita in primo, vel in primo & secundo, & secundo tantum gradu , quando agitur de Matrimonio jam contracto , ac etiam contrahendo , dummodo imminet periculum scandali , nec possit dispensatio à *S. Poenitentiarum* expectari , cum gravi poenitentia salutari , & remotâ occasione peccandi cum consanguinea vel consanguineo putate seu putati conjugis , cum qua seu quo ante Matrimonium peccaverat , renovato consensu ita cautè , ut Rei seu reæ delictum nusquam detegatur.

37. Absolvendi Religiosos cujuscunque Ordinis , etiam à censuris & casibus Superioribus suis reservatis , in casibus tamen occultis : & cum illis dispensandi super irregularitate ex violatione censurarum contracta , & quoad fugitivos & apostatos , etiam absolvendi ad reincidentiam , donec redierint ad suam Religionem , præscripto eisdem congruenti termino ad redeundum vel reincidendum : prohibito eisdem exercitio suorum Ordinum usque ad reditum.

38. Nunciatura Colonienfis' complectitur Colonienfes , Moguntinenses , Trevirenses , Argentinenfes , Spirenses , Wormationes , Monasterienses , Osnabrugenses , Paderbornenses , Leodienses , Luxenburgenfes , & Rhenanas partes , cæterasque Germaniæ inferioris , & Ducatus Clivenfis & Juliacensis subjectas Provincias , Du-

catus

catus, civitates, & loca omnia huc pertinentia.

Q. no. Quid addendum sit circa facultates ordina-
rias, quas habent Episcopi vel alii ad dispensandum in
impedimentis Matrimonii. R. §. 1. Sperell. decis. 110.
à n. 3 fusè refert sententiam eorum, qui dicunt
Episcopos dispensare posse circa canones omnes,
nisi ubi ipsis à Jure vel Papa expressè prohibetur,
tum quia, per se loquendo, id possunt pro sua,
quod Papa potest pro tota Ecclesia, tum etiam
quia Apostoli hoc potuerunt, Apostolus enim
1. ad Corinth. 5. v. 12. dicit, omnia mihi licent; Epif-
copi autem sic sunt etiam in potestate successo-
res Apostolorum, sicuti Papa est successor Petri.
E contra à n. 26. etiam fusè refert sententiam
aliorum, qui dicunt, Episcopos non posse, nisi
quod ipsis positivè permittitur per Jus vel per
Papam, tum quia potestatem suam habent me-
diante Ecclesiâ vel Papâ, uti cum communiore
dixi l. 6. p. 2. n. 1551. tum quia Jura & Pontifi-
ces eis expressè præcipiunt, ut canones obser-
vent, tum denique, quia inferior non potest cir-
ca legem Superioris, nisi quod hic permittit. Et
quamvis Sperell. videatur inclinare in primam
sententiam, tamen secunda est inter Theologos
cum Krim. à n. 2034. longè communior & pro-
babilior, ideòque in decis. 112. n. 33. notat eti-
am Sperell. quamvis Episcopus dispensare possit
in lege Synodali suæ diœcesis, attamen non pos-
se in lege Concilii provincialis, quia hoc Con-
cilium est supra Episcopum; probatque idem
adductis Juribus etiam de Archi-Episcopis
Krim. à n. 2031. Idem in decis. 111. saltem hoc
defendit absolutè Sperel. quod Episcopus circa
adulterium & omnia delicta adulterio minora
semper dispensare possit, nisi specialiter id repe-
riatur

833.

riatur prohibitum, uti habetur Cap. *At si Clerici*, §. De adult. De judic. Postea tamen à n. 46. addit multas limitationes & sublimitationes. E contra quòd circa delicta adulterio majora dispensare non possit Episcopus, nisi in casibus à Jure expressè permissis, habetur eodem Cap. *At si*, & fusè deducit *Sperell. decis. 112. à n. 1.* Quæ autem delicta sint majora adulterio, explicat *decis. 116. à n. 32.* ubi probat usuram & perjurium esse minora.

834. §. 2. Quando *impersonaliter* Lex Pontificia concedit potestatem dispensandi, v. g. dicendo, *dispensetur, dispensari possit*, tum potestas censetur concessa Episcopo, uti ex Jure & AA. probant *Sanch. l. 8. d. 5. Pont. l. 8. c. 6. n. 6. Sperell. decis. 112. à n. 41.* Pontifex enim non indiget tali permissione, sed alius; & ideo putant *Covarr. Sanch. Krim. n. 2039.* idem valere etiam, si lex Concilii alicujus ita loquatur, quamvis in hoc contradicant alii cum *Barb. De potest. Episc. alleg. 83. à n. 23.* Quòd si aliquid in Canonibus vel Conciliis statuatur sub veniali tantum, vel sub consilio, censetur Episcopo concessa facultas in eo dispensandi pro exigentia rei & subditorum bono: hinc universaliter docent *Sanch. Salas, Krim. n. 2040.* si apud Religiosos Regulæ Fundatorum vel Congregationis non obligent sub culpa, potest Superiores subordinatos in eis dispensare.

835. §. 3. Episcopus dispensare potest post contractum Matrimonium pro foro conscientiarum tantum, si concurrant ista: 1. Si Matrimonium sit publicum. 2. Si impedimentum sit occultum, 3. Si initum sit bonâ fide, sive cum ignorantia impedimenti. 4. Si in separatione esse scandalum. 5. Si non sit facilis aditus ad Pa-

pam, ob paupertatem vel aliam causam, vel certe ad periculum peccatorum in tanta dilatione, quia interea non abstinebunt ab usu putati Matrimonii: ita *Nay. Angles, Silv. Henriq. Sor. Tabr. Arm. Cucus, Spin. B. Ledesin. Capuan. Roderiq. Ant. Gomez, Lopez, Vivaldus, Sanch. l. 2. d. 40. n. 3. Cón. Regim. Fill. Vasq. Rebell. Castrop. Salas, G. Hurt. Cardenas* in 1. crisi, d. 79. n. 2. & alii propè innumeri cum *Kugler* n. 2125. Et rationes dabuntur n. 838. Potest autem hoc Episcopus etiam in 1. gradu affinitatis, v. g. si sponsus ante Matrimonium cognoverit sororem sponsæ. Tenentque plerique cum *Sanch. Krim.* n. 2050. *Kugler* n. 2136. contra *Garc. & Avers.* q. 19. f. 2. sufficere, si alteruter processerat bonâ fide cum ignorantia impedimenti, quia huic non debet præjudicare malitia alterius. Et illi, qui malâ fide contraxit, communiter jubetur imponi gravis satisfactio in confessione, v. g. ut ad medium annum omni mense confiteatur & communicet, ac iisdem diebus oret rosarium. Putâtque *Sanch. l. 2. d. 40. n. 4.* sufficere ignorantiam etiam crassam, quia *Trid.* dicit, *qui presumpserit: & licet v. g. cognita esset consanguinitas, si tamen non fuit notum, quòd impediret, non impeditur bona fides,* *Kugler* n. 2137. Quòd si uterque contraxisset malâ fide, quamvis *Henriq.* & alii pauci putent id adhuc posse Episcopum in casu necessitatis, fateatque *Kugler* n. 2137. citans etiam alios, tamen absolute negandum est cum communi, propter *Trid. sess. 24. De ref. Matr. c. 5.* ubi tales excludit à spe dispensationis, uti & illos, qui etiam cum ignorantia impedimenti contraxerunt neglectis solemnitatibus; dicit autem *neglectis, & non, si v. g. proclamationes justè vel de licentia*

Tom. VIII.

NII

Supe.

Superioris sint omiffæ, uti habet *Avers.* q. 19. l. 2. §. *Quinto*, & notavi n. 499. Addunt aliqui cum *Perez Gob.* n. 580. 590. & aliis apud *Kugler* num. 2125. sub finem, quamvis impedimentum esse publicè notum, si tamen separatio fieri non posset sine gravi damno, posse Episcopum dispensare, uti & tum, si ob paupertatem nequeat adiri Papa, vel dari expensæ pro dispensatione, & tamen separari non possint sine infamia vel ingenti difficultate.

836. §. 4. Universaliter loquendo tum censetur esse necessitas, in qua dispensare possit Episcopus, si conjuges etiam divites nequeant absque gravi incommodo vel scandalo separari, si autem maneat conjuncti, donec Papa vel delegatus ejus dispense, versabuntur in periculo incontinentiæ, ita Auctores aliqui apud *Kugler* supra. Tum autem non censentur posse adire Papam vel ejus delegatum, quando obstat eorum paupertas, *Gob.* n. 578.

837. §. 5. Dubitatum est, 1. an si uterque conjux sit in bona fide, causa sufficiens non recurrendi ad Papam per litteras sit impedire fornicationes materiales, adeoque tum possit dispensare Episcopus. 2. An concurrentibus illis, quæ relata sunt, Episcopus possit dispensare etiam in quocunque impedimento & gradu, qui Juri naturalis non est. 3. An etiam in impedimento criminis, secuto per machinationem homicidio. *R.* ad 1. non videri causam sufficientem, aliàs frustra addita esset illa conditio, si non sit facilis recursus ad Papam, cum semper sit periculum fornicationis saltem materialis. *Ad 2.* Potest, nisi aliunde specialiter ipsi restringatur potestas. *Ad 3.* Pro hoc casu videtur restricta potestas.

tam Nuntii Apostolici, quàm Episcoporum, nam in facultatibus ordinariis Nuntii & extraordinariis Episcopi expressè sic habetur: *Dispensandi super impedimento criminis, neutro tamen conjugum machinante, ac restituendi jus petendi debitum amission*: Ex quibus verbis ultimis patet, quod etiam de Matrimoniis contractis sit sermo, ergo cum circa Matrimonia contracta non habeant potestatem nisi tacitam ex concessione Papæ, & Papa hic non taceat, sed absolutè dicat, si alteruter machinatus sit, non posse dispensare, facultas videtur quoad illud impedimentum restricta.

§. 6. Etiam ante contractum Matrimonium 838. potest Episcopus in impedimentis Jure humano statutis dispensare, quando est urgentissima necessitas salutis animæ, & non est aditus ad Papam, vel est periculum in mora, ob periculum incontinentiæ vel alterius gravis mali spirituales, usq. *Salas, Præpos. Sanch. Castrop. G. Hurt. Regin. Pont. Bonac. Villal. Bassæus, Sylvius, Barbosa, Victorellus, Molfestus, Dian. Leander, Homob. Corneio, Machado, Candidus: Gorm. De Sacram. n. 325. Carden. supra n. 4. qui dicit esse sententiam securissimam & moraliter certam, quod iterum docet in 2. crisi, diss. 2. à n. 636. Kugler n. 2134. vocans probabilissimam & securam sententiam, & pro hac referens adhuc plures Auctores. Et ita declarasse Sixtum V. testatur Pyrrhus Corr.; quem retuli l. 6. p. 1. nu. 117. nam posse Episcopum dispensare in legibus Pontificiis in casibus urgentis necessitatis, maximè pro bono salutis animarum, quando non datur aditus ad Pontificem, vel est periculum in mora, habet communis & recepta Theologorum ac Canonistarum*

sententia, quorum octodecim refert *Sanch. supra*,
 ad quos accedunt *Suar. Vasq. Salas, Baldal. Castrop.*
Regin. Tapia, Pont. Bonac. Barbof. Sperell. decif. 112. à
n. 51. & alii plures cum Avers. q. 19. f. 2. §. Con-
cedendum, & Carden. supra. Probatum 1. quia non
 est credibile intentionem Pontificis esse, quod
 sibi in tali casu cum dispendio boni communis
 animarum velit reservare potestatem à Christo
 in bonum commune animarum concessam, &
 cum tot gravissimi DD. communiter ita inter-
 pretentur mentem Pontificis, est moraliter cer-
 tum, hinc locum habere saltem episcopiam: *Prob. 2.*
 potest Episcopus dispensare in Matrimonio
 contracto, uti Authores supra relati testantur,
 ergo etiam in contrahendo, cum sit utrobique
 eadem causa, possitque esse similis necessitas,
 maximè cum Matrimonium sic invalidè con-
 tractum non sit reipsa contractum, quia fuit ir-
 ritum, adeoque sit prius rectè contrahendum.
Prob. 3. Certum est, quod consuetudo det juris-
 dictionem, uti Jura expressè dicunt, quæ rerull
 l. 6. p. 1. n. 117. adducitque etiam *Kugler num.*
 2134. Item certum est, quod lex aliter non obli-
 get, quàm prout eam communis sensus & usus
 interpretatur, atqui etiam certum est, quod
 Episcopi in tali casu soleant dispensare, censent-
 que omnes communiter id eos posse, neque hoc
 ignoratur à summis Pontificibus, uti testantur
 plurimi apud *Cardenann & Kugler*, ergo. *Prob. 4.*
 Potestas dispensandi in impedimentis Matri-
 monii etiam de Jure præscribitur spatio 40
 annorum etiam absque titulo, si nempe con-
 currant paupertas, ob quam non liceat recur-
 rere Romam, & gravis causa, ob quam mora-
 liter non possit negari jam vel differri dispensa-

tio, nam bonâ fide præsumi potest Principem in talibus circumstantiis consentire, cum secundum dicta, mens ipsius non sit, ut reservatio potestatis cedat in detrimentum animarum, *Less. in auct. v. Matr. cas. 9. Gob. n. 596.* praxin autem sic dispensandi habent Episcopi ultra 40. annos ergo. Et hæc extendunt *Sanch. & Avers.* etiam ad casum, quo contracturi laborarent duplici impedimento, quia necessitas manet eadem, sive sit unum, sive plura impedimenta. Et universim docent *Suar. Sanch. Salas, Castrop. & Canonistæ* communiter cum *Sperell.* à n. 47. & 72. Episcopum posse dispensare in casibus extraordinariis, quando necessitas urget & est periculum in mora, cum impotentia adeundi Superiorem, uti si nascerentur gravia scandala, inimicitia, infamia: ac consentiunt *Barb. & Krim. n. 2045.* si sit casus, in quo Papa ex justis causis dispensare soleat: Ideoque etiam *Pignat. tom. 3. consult. 33.* docet Episcopum potuisse dispensare saltem sub onere postea id significanti Papæ, ut sic salvaretur honor nobilium conjugum vel familiarum, cum eorum unus periclitaretur de vita. Ex simili ratione multi, quos retuli l. 3. p. 1. n. 563. dicunt Episcopum quandoque dispensare posse in votis perpetuæ castitatis aut Religionis, quæ alioqui reservantur Papæ: Et ratio horum omnium à priori est, quia pro ejusmodi gravissimis casibus prudenter præsumitur Papam consentire propter bonum commune. Imò putat cum aliis *Gob. tr. 9. n. 574.* si votum castitatis vel Religionis emissum sit ex metu injusto gravi aut levi, item si obstructus tali voto puellam imprægnarit, quam ducere vellet, antequam erumpat, & careat pecuniis ad

impetrandam dispensationem, aut non pateat facilis Romam aditus, tum etiam posse dispensare Episcopum.

839. §. 7. Si casus patiat moram, & Nuntius Apostolicus habeat à sacra Pœnitentia specialem facultatem, quam ab ea non habet Episcopus, recurrendum est ad Nuntium; nam ideo pro tali casu datur talis specialis facultas Nuntio, ut sit in partibus, qui dispense, cum sit facilis recursus ad Nuntium, uti supponitur, pro sola autem necessitate potest dispensare Episcopus non habens aliunde specialem facultatem; si tamen etiam Nuntius careat speciali facultate ad aliquid, Episcopus potest idem, quod Nuntius, nec opus est ad hunc recurrere, ita quoad utramque partem *Sanch.* l. 2. d. 40. n. 8. & l. 8. d. 9. n. 25. *Avers.* q. 19. f. 2. §. ult. *Tamb. Perez,* *Gob. Spor.* *Kugler* n. 2125.

840. §. 8. Si Episcopus ex præsumpta licentia Patris dispensaturus in aliquo impedimento sit certus esse aliquam causam dispensandi, sed dubitet, an sit sufficiens, probabile est posse dispensare secundum dicta l. 1. n. 304. ubi addidi, quid faciendum sit, si postea resciat causam dispensandi non fuisse sufficientem, aut etiam si nunc dubitetur, an adsit ulla causa dispensandi: imò *Diana* p. 4. t. 3. R. 44. *Barb.* De pot. Episc. alleg. 33. n. 26. *Sperell.* n. 54. absolute dicunt, etiam si dubitetur, an sit magna necessitas, vel an talis dispensandi causa hic & nunc sit justa: Et saltem in dubio, an casus indigeat dispensatione, tum posse dispensare Episcopum docet *Krim.* n. 2043. quia reservatio potestatis dispensandi est odiosa, & merito præsumimus Ecclesiam non reservare dispensationem castis dubii, sed tantum

certi,

certi, hinc posse Episcopum dispensare cum illis, qui sunt prope ætatem requisitam, & de quibus dubitatur, an malitia suppleat ætatem, docent *Barb. De Jure eccles. l. 1. c. 11. n. 187. Krim. n. 2184.*

§. 9. Potest Episcopus, saltem ex consuetudine, dispensare ad petendum debitum cum conjugato, qui post Matrimonium contraxit impedimentum spiritualis cognationis vel affinitatis, *Sanch. l. 8. d. 6. Quod extendit Castrop. etiam ad eum, qui emissio absoluto voto castitatis contraxit Matrimonium, Krim. n. 2060. & addit n. 2127. similiter posse Episcopum dispensare cum conjugibus, qui ex mutuo consensu voverunt castitatem conjugalem, si etiam mutuo sibi hoc remittant.*

§. 10. Episcopus, ubi potest, plerumque tenetur saltem ex charitate sub mortali ita dispensare pro bono salutis animarum, *Carden. in 1. crisi d. 79. n. 27. Ratio est, quia secundum dicta l. 2. n. 174. quivis pastor, quo nomine etiam venit Episcopus, tenetur cum gravissimo etiam suo dispendio succurrere subdito in gravi necessitate spirituali constituto, qualis necessitas hinc est, uti constat ex dictis n. 175. Et quæ hinc dico, confirmabuntur ex dicendis n. 905. & 907.*

§. 11. Si dispensavit Episcopus, pro quo erat communis error cum titulo colorato, quod dispensare posset, quamvis non potuerit, valet dispensatio per legem *Barbarius, ff. De off. prætor. quia secundum dicta l. 6. p. 1. à n. 112. & dicenda hinc n. 896. Ecclesia supplet: è contrà, si fuit tantum error in Episcopo dispensante, non valet dispensatio, Bardi de consc. discept. 6. c. 5. §. 5. Et idem dicit Sanch. in Decal. l. 4. c. 44. n. 10. si dubium fuerit, an causa allata vel subtrita fuerit finalis*

an impulsiva, & postea rescitur fuisse finalem, quia cum talia non spectent ad potestatem Superioris, quæ in bonum Ecclesiæ amplè interpretanda esset, sed tantum spectent ad voluntatem Superioris, qui intentionem habet dispensandi secundum veritatem, quæ sibi proponitur, hinc si deest veritas, invalida est dispensatio. Consequenter si Episcopus habens potestatem dispensandi cum solis pauperibus, per errorem putarit se dispensare posse etiam cum divitibus, aut si per errorem privatum putarit hos esse pauperes, qui tales non erant, quamvis Gob. t. 9. n. 663. putet talem dispensationem valere, eo quod facultates dispensandi committantur Episcopo usuro pro sua prudentia, quâ utitur prudenter ita opinans, quamvis re ipsa fallatur, tamen oppositum videtur tenendum, quia Papa non concesserat facultatem nisi ad dispensandum cum verè pauperibus, nec aliunde suppletur talis potestas dispensandi cum re ipsa divitibus: Neque talis facultas conceditur sub conditione, si prudenter judicet esse pauperes, sed sub conditione, si verè pauperes sint. Quod si Episcopus putarit se certum, quod essent pauperes, & tamen re ipsa non essent tales, adhuc videtur probabilius ob rationem jam datam, quod non valeat dispensatio.

844. §. 12. Huc pertinet solutio sequentis casus: Titius consanguineus Cajæ in 3. gradu perit dispensationem ab Ordinario, qui putans se posse dispensavit: non poterat autem cum divitibus, quales erant Titius & Caja, Matrimonium et hac dispensatione, bonâ fide initur in facie Ecclesiæ, pluribus annis convivunt & suscitant proles, post plures annos rescit Titius Ordinarium

rium non potuisse dispensare cum divitibus. *Quæritur*, an jam non possit Ordinarius dispensare in illo impedimento, olim quidem publico, nunc autem occulto, quia omnes jam judicant bene dispensatos fuisse, & per dispensationem sublatum fuisse impedimentum. *R.* Ordinarius potest dispensare in impedimento occulto, quando Matrimonium est publicum, & bonâ fide contractum, *Sanch. l. 2. De Matr. d. 40. n. 3. & 4. addens n. 5.* dispensare posse, etiam si divites sint: idem habent alii apud *Sanch. & apud Tambur. l. 8. t. 2. c. 4. Pont. Avers. Perez, Castrop.* Hoc autem impedimentum, quamvis in se fuerit publicum, jam tamen est occultum in ratione impedimenti, nam nunc de illo non constat, nec moraliter constare potest: tum enim impedimentum censetur occultum, quando publicè creditur legitima dispensatio esse obrenta, uti expressè *Platek p. 5. n. 1184.* hoc autem hic publicè creditur, ergo. Et ita senserunt Doctores de Facultate, & alii Colonia anno 1711.

§. 13. Quando Episcopus dispensat in casibus occultis ex tacita concessione Papæ, hoc tantum juvat pro foro conscientie, quia si impedimentum fieret publicum, & Episcopi sequentes nollent credere dispensationem intervenisse, possent ratione scandali imperare separationem: De cætero si saltem postea subsequatur Matrimonium, etiam per dispensationem occultam, proles reipsa legitimantur per hoc subsequens Matrimonium.

Q. III. Quasnam extraordinarias facultates, præsertim in impedimentis Matrimonii, habere soleant à sede Apostolica Episcopi in Germania. *R.* §. 1. Habent multas ex illis, quas n. 832. dixi concessas esse

N n 5

Nun-

lor.
idii
voix
VIII

Nuntiis Apostolicis, non tamen omnes. Communiter dantur, prout sequitur:

1. Absolvendi ab hæresi, & apostasia à fide, & à schismate quoscumque etiam ecclesiasticos tam sæculares, quàm regulares, non tamen eos, qui ex locis fuerint, ubi sanctum Officium exercetur, nisi in locis Missionum, in quibus impunè grassantur hæreses, deliquerint, nec illos, qui judicialiter abjuraverint, nisi isti nati sint, ubi impunè grassantur hæreses, & post judicialem abjuratorem illuc reversi in hæresin fuerint relapsi, & hos in foro conscientia tantum.

2. Tenendi & legendi libros prohibitos hæreticorum, ad effectum eos impugnandi, & alios quomodolibet prohibitos, præter opera Caroli Molinæ, & Nicolai Machiavelli, & libros de astrologia judiciaria principaliter, aut incidenter, vel aliàs quovis modo de ea tractantes, ita tamen ut libri &c. illis Provinciis non offerantur.

3. Dispensandi in 3. & 4. simplici & mixto tantum cum pauperibus in contrahendis, in contractis verò cum hæreticis conversis etiam n. 2. simplici & mixto, dummodo nullo modo attingat gradum, & in his casibus prolem susceptam declarandi legitimam.

4. Dispensandi super impedimento publica honestatis justitiæ ex sponsalibus proveniente.

5. Dispensandi super impedimento criminis, neutro tamen conjugum machinante, ac restituendi jus petendi debitum amissum.

6. Dispensandi in impedimentis cognationis spiritualis, præter levantem & levatum.

7. Hæ verò dispensationes matrimoniales videlicet 3. 4. 5. & 6. non concedantur, nisi cum

clau-

clausula, dummodo mulier rapta non fuerit, & si rapta fuerit, in potestate raptoris non existat, & in dispensationibus huiusmodi declaretur expressè illas concedi tanquam à Sedis apostolicæ delegato, ad quem effectum etiam tenor huiusmodi facultatum inseratur cum expressione temporis, ad quod fuerint concessæ, aliàs nullæ sint.

8. Dispensandi in irregularitatibus ex delicto occulto tantum provenientibus, exceptâ eâ, quæ ex homicidio voluntario contrahitur.

9. Dispensandi & commutandi vota simplicia in alia pia opera, exceptis votis castitatis & Religionis.

10. Absolvendi ab omnibus casibus reservatis etiam in Bulla cœnæ, in locis tamen, ubi impune grassantur hæreses.

11. Delegandi simplicibus Sacerdotibus potestatem benedicendi Paramenta, & alia utensilia ad Sacrificium Missæ necessaria, ubi non intervenit S. Unctio, & reconciliandi ecclesias pollutas aquâ ab Episcopo benedictâ, & in casu necessitatis etiam aquâ non benedictâ ab Episcopo.

12. Conferendi Ordines extra tempora, & non servatis interstitiis, usque ad Sacerdotium inclusivè.

13. Dispensandi super defectu ætatis unius anni ob operariorum penuriam, ut promoveri possint ad Sacerdotium, si aliàs idonei fuerint.

14. Consecrandi olea cum quinque saltem Sacerdotibus, non tamen extra diem cœnæ Domini, nisi necessitas illud urgeat.

15. Celebrandi bis in die, si necessitas urgeat, ita tamen, ut in prima Missa non sumpserit ablutio-

lucionem, per unam horam ante auroram, & aliam post meridiem, sine Ministro, sub dio & sub terra, in loco tamen decenti, etiam si altare sit fractum, vel sine reliquiis Sanctorum & presentibus hæreticis, schismaticis, infidelibus & excommunicatis, & aliter celebrari non possit. Caveat verò, ne prædictâ facultate seu dispensatione celebrandi bis in die aliter, quàm ex gravissimis causis & rarissimè utatur, in quo graviter ipsius conscientia oneratur. Quòd si hanc eandem facultatem alteri Sacerdoti juxta potestatem inferius apponendam communicare, aut causas eà utendi alicui, qui à S. Sede hanc facultatem obtinuerit, approbare visum fuerit, serió ipsius conscientie injungitur, ut paucis, dumtaxat iis maturioris prudentie ac zeli, qui absolutè necessarii sunt, nec pro quolibet loco, sed ubi gravis necessitas tulerit, & ad breve tempus eandem communicet, aut respectivè causas approbet.

16. Deferendi sanctissimum Sacramentum occultè ad infirmos sine lumine, illudque sine eodem retinendi pro eisdem infirmis in loco tamen decenti, si ab hæreticis aut infidelibus sit periculum sacrilegii.

17. Induendi vestibus sæcularibus, si aliter vel transire ad loca eorum curæ commissa, vel in eis permanere non poterunt.

18. Recitandi rosarium vel alias preces, si breviarium secum deferre non poterunt, vel divinum officium, ob aliquod legitimum impedimentum recitare non valeant.

19. Dispensandi, quando expedire videbitur super usu carniùm, ovorum & lacticiniorum tempore jejuniõrum, & præsertim quadragesimæ.

20. Communicandi has facultates in totum vel in parte, prout opus esse secundum ejus conscientiam judicaverit, Sacerdotibus idoneis in conversione animarum laborantibus, & præsertim tempore sui obitus, ut Sede vacante sit, qui possit supplere, donec Sedes apostolica certior facta, quod quamprimum fieri debet, per delegatos aut per unum ex eis alio modo provideat.

21. Et prædictæ facultates gratis & sine ulla mercede exerceantur & tantum concessæ intelligantur ad quinquennium.

22. Utendi eisdem facultatibus in civitate & diocesi N. tantum.

§. 2. Cum facultates illæ dentur Episcopis tantum ad quinquennium, & easdem per facultatem 20. communicare possint aliis Sacerdotibus, orta est dubitatio, an communicare possint usurpandas ad tempus longius quam quinquennium, de quo dubio videri possunt dicta l. 6. p. 2. n. 1598. Saltem Nuntius Apostolicus, cum facultates suas habeat pro tempore suæ Nuntiaturæ, potest illas, quæ communicabiles sunt, alicui communicare pro toto illo tempore.

§. 3. Initio cujusvis Pontificatus promulgatur Regula Cancellariæ, quæ ordinariè est 13.

vel 14. Item revocat quascunque facultates concessas quibusvis Patriarchis, Archi-Episcopis, Episcopis & aliis prelatiis & Personis, nec non Apostolicæ sedis Nuntiis, ac fructuum & proventuum Camere Apostolicæ debitorum collectoribus, de dispensando cum quibusvis personis super Matrimonio contracto vel contrahendo in gradu prohibito, ac super natalium & ætatis defectibus, & de incompatilibus Beneficiis ecclesiasticis insimul retinendis, nec non de Notariis publicis creandis, ac alias à præmissis officia ipsorum Nuntiorum & Collectorum directè non

concer-

concernentes quoad omnia, in quibus facultates ipse non sunt sortitæ effectum, etiamsi Nuntius ejusdem dicitæ sedis legatus de latere competens fuerit concessa facultas. Hinc dubitatum est anno 1700. cum novus esset Pontifex, an relatæ facultates Episcoporum & Nuntii Apostolici revocatæ essent, & interrogata Roma respondit, facultates illas, quæ à S. Officio concessæ sunt, quales ordinariè sunt, quæ Nuntiis Apostolicis & Episcopis mittuntur, non revocari per illam Regulam, sed eas tantum, quæ ab antecessore Papa ipso immediatè concessæ erant.

- § 49. §. 4. Quamvis in facultate 22. Episcopi habeatur, *Utendi ejusdem facultatibus in civitate & diocesi N. tantum*; ita ut eis nullo modo uti possint extra fines præfatæ suæ diocesis, tamen eidem uti potest, v. g. Episcopus Monasteriensis pro Neostadio-Goddens, quamvis hic locus strictè non sit diocesis Monasteriensis. Ratio est, quia ipse est Episcopus vicinior, & pro spiritualibus ad eum recurrunt, ergo censetur eorum Episcopus, & ita judicârunt mecum anno 1702. tres Doctores: Qui tamen censuerunt Missionarios castrensis alicujus Legionis non posse ex vi facultatum ab Episcopo Monasteriensi concessarum, v. g. binare Missam in aliena diocesi legendam, sed videri possunt dicta l. 6. p. 2. n. 1518.
- § 50. §. 5. Circa facultatem 19. judicavit quidam vir doctissimus posse Episcopum à potiori dispensare etiam pro esu carniûm diebus Veneris & sabbathi per annum.
- § 51. §. 6. Per facultatem absolutè dispensandi in Matrimoniis contractis, non possunt illi juvari, qui contraxerunt neglectis proclamationibus, secundum dicta n. 830. 835.

§. 7. Circa facultates relatas , tum Nuntii Apostolici , tum etiam Episcoporum , Pignat. tom. 7. consult. 53. docet seqq. 1. Facultates illæ, quæ non sunt restrictæ ad certas personas, valent pro absolutionibus & dispensationibus respectu quarumcunque personarum etiam peregrinarum & advenarum , etiam Regularium exemptarum , quamvis Superiores ignorarent vel inviti essent , ad eum modum, quo l. 6. p. 2. n. 1464. dictum est in anno Jubilæi. 2. Facultates illæ valent tantum in ordine ad forum conscientiæ. 3. Vi facultatis *absolvendi ab omnibus casibus Sedi apostolicæ reservatis, etiam in Bulla cæne Domini contentis* , non posset quis absolvi ab hæresi, nequidem in Jubilæo, & hoc etiam dicunt AA. quos retuli l. 6. p. 2. n. 1616. Quamvis aliqui cum *Tann.* contradicant, quantum ad Germaniam. 4. Quinquennium datum pro usu talis facultatis incipit currere à die acceptationis, pro quo refert n. 9. declarationem 13. Aug. 1670. emanatam: oppositum tamen tenendum est de Bulla Indulgentiarum , uti l. 6. p. 2. n. 525. dictum est.

Q. 112. *Quis Episcopus possit dispensare cum sponsis habentibus impedimentum.* R. §. 1. Si sponsa sit diocesis Colonensis, & sponsus diocesis Trevirensis, sintque consanguinei in 3. gradu, dubitatum est, an satis sit, ut dispensetur à Colonensi Episcopo cum sponsa , vel an opus sit etiam à Trevirensi dispensari cum sponso. Fundamentum dubitandi est ex *Gob. tr. 9. n. 589.* nam licet satis sit dispensari unum, quando uterque est subjectus eidem Episcopo, tamen si sint subjecti diversis, non videtur id sufficere, cum facultates dispensandi sint restrictæ ad proprios tantum

tum subditos. Nihilominus dicendum est cum
Nav. Henric. Sanchez. l. 3. d. 26. n. 6. satis esse alter-
 utrum è spontis ab uno ex illis Episcopis dispen-
 sari, quia dispensatio sponsæ reddit sponsam ha-
 bilem ad contrahendum cum suo consanguineo, tollitque ab ea consanguinitatem (mora-
 liter loquendo prout impeditivam Matrimo-
 nii) & facit tantumdem, ac si in ipsa physica
 non esset consanguinitas, debet enim dispen-
 satio sponsæ in ea aliquid operari, nihil autem
 aliud operatur, nisi hoc, ergo hoc ipso potest
 sponsus cum ea contrahere, jam enim non con-
 trahit cum consanguinea, sed veluti cum extra-
 nea. Ratio à priori est, quia impedimentum
 consanguinitatis non potest desinere in uno,
 quin hoc ipso etiam desinat in altero, idcirco
 per unam dispensationem indivisibiliter tollit-
 tur, uti indivisibiliter constat conjunctione san-
 guinis utriusque personæ, ad eum modum, quo
 sublata albedine ab uno pariete indivisibiliter
 tollitur similitudo cum altero pariete albo, im-
 possibile enim est sponsum esse consanguineum
 sponsæ, si sponsa desinat esse consanguinea spon-
 so, cum ista sint correlativa. Fundamentum
Glabi nihil evincit, quia singuli Episcopi dispen-
 sant tantum cum suo, & unius dispensatione
 posita hoc ipso cessat impedimentum etiam in
 altero, quia tollitur pars essentialis illius im-
 pedimenti.

Obij. Si Generalis Ordinis prohibuisset, ut
 duo ex diversis Monasteriis sint sibi focii in
 nere sine dispensatione, licet Abbas A. cum suo
 subdito dispensaret, non ideo posset hunc com-
 tari subditus Abbatis B. nisi hic etiam dispenseret
 cum suo, ergo similiter in nostro casu. *sz. dispen-*
 satione

ritatem esse, quia sicuti prohibitio, ita etiam dispensatio ad simul proficiscendum sive ad comitandum, est divisibilis, hoc ipso enim, quod prohibeatur unus comitari, non ideo prohibetur alter, quia posset prohiberi unus, & non alter, similiter hoc ipso, quod vinculum prohibitionis tollatur ab uno, non ideo tollitur ab altero, quia uno absoluto posset alter manere prohibitus; è contrà impossibile est, tolli vel remanere consanguinitatem in uno, quin hoc ipso tollatur aut remaneat etiam in altero, quia nemo potest esse non consanguineus consanguineus, aut consanguineus non consanguineus. Deinde hoc ipso, quod Titia sit habilis ad ducendum Cajum, Cajus eam ducens, ducit habilem, ergo non impeditam, ergo nec ipse est inhabilis aut impeditus, cum inhabilitas aut impedimentum, quod hic deberet esse, necessariò semper includat duos inhabiles & impeditos, videlicet duos consanguineos aut duos affines, quales non sunt positá dispensatione unius. Aliud est, si sponsus & sponsa haberent alia impedimenta separabiliter impediencia, v. g. si uterque haberet simplex vel solenne votum castitatis, tum enim dispensato & habilitato uno, non ideo habilitaretur alter, quia votum sponsi, quod impedit, non includit votum sponsæ, nec sublato voto sponsi tollitur votum sponsæ, sed planè sunt divisa, potèstque sponsus manere voto obligatus, licèt sponsa sit soluta, & idem est in aliis similibus impedimentis, secus in consanguinitate aut affinitate, uti dictum est. Ita mecum judicârunt duo Doctores anno 1702.

§. 2. Cum vagis potest dispensare quivis 854.
Episcopus, cui se subjiciunt. Quod valet, quam-

Tom. VIII.

Oo

vis

vis tantum unus eorum esset vagus, hoc enim, secundum jam dicta, dispensato per quemcumque Episcopum, cui se subijcit, concomitanter habilitatur etiam alter.

855. §. 3. Huc pertinet solutio sequentis casus: Titius Colonienfis imprægnatâ Coloniae Cajâ sibi in 3. gradu consanguineâ abit Treviros famulaturus, ubi ab Episcopo Trevirensi obtinet dispensationem contrahendi cum Caja. *Quæritur* 1. an Episcopus Trevirensis potuerit cum Titio dispensare. 2. Si Titius iverit Treviros animo obtinendi dispensationem, an hæc non sit subreptitia. 3. Si dispensatio valeat, an vililius obtentâ possit Titius redire Coloniam, & hîc copulari. *R. ad 1.* Titius volens famulando permanere Treviris per majorem anni partem, primo die acquirit quasi domicilium, sicque subditus illi Episcopo quoad Matrimonium, secundum dicta n. 722. hinc si in hoc impedimento possit ille Episcopus cum suis subditis dispensare, etiam potest cum Titio. *Ad 2.* Non obstat, si Titius eo animo iverit illuc secundum dicta n. 722. quia usus est jure suo, quod habebat ad acquirendum ibi quasi domicilium, quo acquisito potest uti favore. *Ad 3.* In ejusmodi indultis communiter habetur pro Matrimonii in tua tantum diœcesi contrahendis, hinc vitâ dispensationis non poterunt contrahere extra diœcesin Episcopi dispensantis. Quod si Episcopo absolutè detur potestas dispensandi pro Matrimoniis, Titius obtentâ Treviris dispensatione, poterit redire Coloniam, & hîc contrahere, dummodò ante contractum Matrimonium non dimiserit animum redeundi Treviros, & hîc, prout statuerat, per majorem anni partem

partem permanendi. Si autem Coloniæ redierit deserens animo & corpore illud quasi domicilium Trevirense, videtur non posse, quia dispensatio non manet moraliter afficiens illum, quando contrahit, non enim afficit, nisi subditum diocesis Trevirensis, tum autem non erit illius subditus. Si dicas, sublatum semel impedimentum non redire. R. Impedimentum est consanguinitas, quæ semper manet, & per dispensationem, quæ afficit subjectum, datur potestas contrahendi cum illa consanguinea, sicque tantum moraliter tollitur illud impedimentum consanguinitatis, quamdiu dispensatio illum afficit, si autem desinat esse subditus ante executam dispensationem, hæc non amplius moraliter afficit ipsum, neque in se, neque in aliquo suo effectu, ergo.

Q. 113. Quis dicatur pauper in ordine ad dispensationem 856.

matrimoniale. R. §. 1. Notant aliqui eum dici inopem, qui nihil habet; egenum, qui non habet vitæ necessaria; quis autem dicatur pauper est major difficultas, Barb. De off. Episc. alleg. 41. n. 24. ait: pauperes dicuntur, non solum mendicantes, sed etiam habentes congruam sustentationem, qui tamen attento statu personæ & dignitate videntur indigere. Pfafec. in praxi Episc. p. 2. c. 2. ait: dicitur pauper, qui ex annuo redditu non recipit ultra decentem sustentationem. Tuschus. v. Pauper. Concl. 160. ait: aut paupertas consideratur respectu certi actus, puta, quod solvatur Romæ certa quantitas, & qui non potest (intellige sine notabili incommodo) dicitur pauper: Aut loquimur de paupertate indefinitæ, & statuitur arbitrio Judicis. Addit: qui non habet tantum, quo vivat, dicitur pauper, vel quando non potest explere officium suum de suo: saltem omnes communiter fasentur illum esse canonicè pauperem,

O o z

perem;

perem, qui absque imminutione sui status non potest solvere Jura pro dispensatione obtinenda Româ. Gob. tr. 9. à n. 654. putat mulierem esse pauperem, quæ caret dote ad nubendum extra cognationem vel affinitatem viro paræ conditionis secum, è contrâ illum virum censerî pauperem, qui ob inopiam nequit reperire sibi uxorem paræ natalibus & dignitate. Addit, simpliciter loquendo illum censerî pauperem, qui non habet scuta 50., uti ait *Tuscius*. Et universim tradit *Gob.* eos in hac materia haberi pauperes, qui agriculturâ, opificio, arte etiam liberali, uti pharmacopœiâ se familiamque suam alunt.

357. §. 2. Quia deprehensum est quosdam titulo paupertatis usos esse, qui solvere potuissent Romæ compositiones & Jura Officialium, *Urb. Romæ VIII.* loco clausulæ, *dummodo ipsi pauperes existant, ac ex solo labore & industriâ tantum vivant*, hinc *Corrad. l. 8. c. 5. n. 4.* notat per pauperes intelligi personas miserabiles, nec verificari paupertatem, nisi probetur etiam miserabilitas. Et n. 12. dicit: ille dicitur pauper, qui non habet in bonis 50. aureos; ille miserabilis, ad cuius commiserationem nos natura inclinât, circa quæ debet executor se extrajudicialiter informare. Addit n. 15. apponitur quod vivant ex labore & industriâ manuum tantum, quæ dictio adjicitur ad denotandum, quod oratores præter laborem & industriam manuum suarum nullo alio modo vivere possint, & sic per eam excluditur omnis alius modus vivendi, & ista omnia pluribus ibi declarat, ideoque aliquis Illustrissimus Nuntius Apostolicus anno 1694. Colo-

Colonix interrogatus declaravit ex nota sibi praxi Romanâ, solos eos Romæ pauperes haberi, qui tantum 80. scuta in redivibus annuis habent, ac de reliquo labore manuum vivere debent: Pro his verò partibus juxta potestatem seu facultates Nunciis & Episcopis concessas illos solos censerî pauperes, qui adeo pauperes & miserabiles sunt, ut Romanam Curiam adire non possint sine magno incommodo, hoc est, solvere non possint istuc Jura pro pauperum dispensationibus taxata, v. g. 8. vel 10. scuta, aut etiam plura pro diversitate graduum & causarum in ejusmodi dispensationibus. *Krim.* à n. 292. post relatas aliorum opinioniones concludit eum dici *pauperem*, qui labore suo debet sibi victum quærere: eum *miserabilem*, qui tantum labore suo, & non alio modo sustentare se potest, putatque hoc adhuc esse verum, quamvis ex agello vel aliunde habeat aliquem modicum proventum, eò quòd censeat piam Matrem Ecclesiam cum tali misero homine nolle ridigiùs procedere. Addit etiam eos dici vivere labore & industriâ, qui non tantum labore corporis, sed etiam animi debent sibi victum quærere. Addunt *De Justis & Kerchne* n. 262. non tam attendendi, an immobilia habeant bona, sed quos proventus ex illis habeant deducto ære alieno, impensis, oneribus, si enim tam parum habeant, ut ideo ad vivendum cogantur laborare, censentur verè pauperes & miserabiles, nec tenentur bonum vendere, ut taxam solvant. Certum est autem non esse hîc canonicè pauperem, qui reipsa dives est & vivit labore manuum, quia cum non ex necessitate sic vivat, non est miserabilis, imò nec pauper.

- § 3. Putârunt aliqui illos posse hîc dici pauperes, qui adhuc sunt sub potestate parentum, nec in re habent bona aliqua, quamvis suo tempore expectent pinguem hæreditatem; sed contrâ est, nam si hoc valet, plerique filii Principum sunt pauperes vivente parente: Unde rectè dicit *Tuschus* suprâ concl. 161. *tales non esse omnino inanes sive pauperes, propter spem, quòd perveniant ad pinguiorem fortunam.*
- § 4. Si quis antea pauper, post signatam Romæ supplicam in forma commissoria ante executionem fieret dives, rectè dicit *Corradus* n. 30. talem non posse contrahere Matrimonium vi dispensationis obtentæ allegato titulo paupertatis: quia dispensatio respiciebat tempus, non tantùm, quo petebatur, sed etiam executioni daretur dispensatio, secundùm dicenda n. 903. debebat enim in eam inquirere exequens.
- § 5. *Gob.* n. 659. putavit sufficere, si unus sponsorum sit pauper, quamvis etiam in Rescripto ponatur, quòd sint pauperes, quia paupertas unius gravat etiam alterum, sed rectè contradicit *Corradus* à n. 2. Hinc utriusque paupertatem requiri allegat postea ipsemet *Gob.* n. 666. ex responso cujusdam periti in stylo Curia.
- § 6. Circa modum probandi paupertatem, edita est typis sequens Instructio, requisita ad conficiendas probationes circa paupertatem petentium dispensationes matrimoniales à S. Sede Apostolica.
1. Testimonium Parochi utriusque dispensandi praviò juramento non solùm ab ipso met subscriptum, sed etiam à Not. publico, & eccles. Curia servienti recognitum exprimens paupertatem dispensandorum his ferè verbis.

Forma testimonii Pastoris.

Ego NN. infrascriptus Parochus Ecclesiæ Parochialis S. N. Diocesis NN. medio juramento fidem facio NN. esse meum Parochianum, ac ejus genealogiam, in affinitate, sive consanguinitate esse infrascriptam.

Hic Parochus inserat genealogiam & immediatè sub eadem ponat.

Item medio juramento fidem facio pariter ego infrascriptus ut supradictum, meum Parochianum esse pauperem & miserabilem, ita ut vivat propriâ industriâ, & labore tantum. In quorum fidem manu propriâ me subscripsi, & præsentem sigilli mei subimpressionem firmavi. Actum N. die N. anno N.

(L. S.) NN. Parochus Eccl. NN. Dioc. NN. manu propriâ subscripsit.

Forma documenti Notarii recognoscentis manum Parochi.

Fidem facio Ego infrascriptus NN. Notarius publicus, quòd anno, & die infrà nominatis coram me comparuerint NN. & medio juramento fidem fecerint subscriptionem, & sigillum præactas esse manum propriam & sigillum R. D.N. Parochi Parochialis Ecclesiæ NN. Diocesis NN. causam scientiæ suæ allegantes, quomodo dictum Parochum scribentem, & sigillum & manum ejusdem sæpissime viderint. In quorum fidem præsentem manu propriâ scripsi, subscripsi, & consueto Notariatus mei sigillo communivi. Actum N. anno N. die NN.

(L. S.) NN. Apostolicâ sive Cæsareâ auctoritate publicus & approbatus Notarius manu propriâ subscripsit.

Secundò. Examen duorum testium coram Ordina-

dinario, Archidiaconis, vel Vicariis Foraneis jurisdictionem ecclesiasticam exercentibus asserentium prævio pariter juramento paupertatem dispensandorum per infra scriptas positiones, omittis aliis, quæ de Jure, sive stylo sunt faciendæ.

Tenor positionum..

1. *Primo.* Cujus nominis, cognominis, patriæ, status, ætatis, quibus parentibus nati, & quam professionem exercent ipsi Testes.
2. Cujus ætatis, patriæ, & quibus parentibus nati sint supplicantes, si habent ipsorum notitiam.
3. Quamdiu habuerint notitiam ipsorum, quâ occasione & veram habeant familiaritatem & practicam continuam cum ipsis.
4. Utrum sciant exercitium, sive artem, quam unusquisque ipsorum exercet, & quid possint lucrari.
5. Utrum sciant bona, quæ possident, tam immobilia, quàm mobilia, census, mercimonia, credita, animalia, aut alios effectus cuscuscumque generis, & valorem ipsorum.
6. Utrum sciant & velint affirmare, quòd non possideant alia bona, & quomodo habeant illius certam notitiam.

Pro tertio. Testimonium Ordinarii asserentis paupertatem dispensandorum, in quo asseret coram se Testes hac de re præstito antea juramento, examinatos fuisse, quòd idem testimonium non solum ab ipsomet Ordinario subscribi debet, verum etiam à Notario in sequentem, seu similem formam.

Forma Testimonii Ordinarii.

Ego NN. infra scriptus fidem facio omnibus & singulis quorum interest, & ad quos spectat,
NN.

NN. esse pauperes & miserabiles, & ex proprio labore, & industria tantum vivere, prout Nobis constat ex attestatione proprii Parochi amborum supplicantium, & ex depositionibus duorum vel plurium testium fide dignorum coram nobis examinatorum cum juramento servatâ formâ instructionis nuper ab Urbe transmissâ. In quorum fidem &c.

(L. S.)

Subscriptio.

Similem ferè Instructionem pro examine testium ex Decreto S. Congregationis die 21. Aug. 1670. emanatam refert *Genettus* in volumine 2. post Tract. De Matrimonio. Fit tamen sæpe, ut acquiescant Romæ, si solus Ordinarius de hac paupertate testetur; scio etiam solius Parochi testimonio, absque istis aliis sumptuosis formalitatibus datam esse fidem, quod adesset vera paupertas, quamvis jam intelligam sine testimonio Ordinarii nihil Romæ obtineri.

Q. 114. An Nuntii Apostolici vel Episcopi in his partibus dispensare possint cum quibusvis pauperibus pro contrahendis Matrimoniis, si attingatur gradus secundus. R. S. 1. Facultas illorum constat his formalibus: Dispensandi in 3. & 4. simplici & mixto, cum pauperibus, in contrahendis; Unde ortum est dubium, an intelligatur gradus 3. mixtus etiam cum 2. an autem tantum mixtus cum 4. Episcopum & pariformiter Nuntium habere potestatem dispensandi in gradu 3. mixto cum 2. docent *Sanch.* l. 8. d. 24. n. 34. *Angelus* v. *Matrim.* *Tancredi* l. 8. d. 24. *Dubitabis* 2. *Bassæus* tom. 2. v. *Matrim.* n. 5. *Illf.* tr. 1. d. 3. n. 33. Rationem dant 1. quia tertius gradus hic solum præstat impedimentum, ut declaravit *Pius V.* in motu anno 1566. quem motum

O. o 5

tum

tum per privatas litteras ad Officiale[m] Toletanum esse revocatum ab *Urbano VIII.* vult *Barbosa*, sed non credunt *Gob.* tr. 9. n. 619. & *Tamb.* l. 8. tr. 2. c. 9. §. 7. tum, quia *Urbanus* tantum recitative refert illa verba: *Nuptias ita contractas fuisse irritas & incestuosas*, prout suis litteris inferuerat dictus Officialis: quam interpretationem patiuntur illius verba grammaticaliter accepta: Quomodo enim *Urbanus* dicere posset incestuosas nuptias, quas nobilissimi conjuges secuti decreta *Pii V. Clementis VIII. Gregorii IX. Clementis VI.* & ipsum Jus commune, ut in Bulla testatur *Pius V.*, contraxerant, absque hoc, quod dispensationem petissent super gradu propinquiori? Et licet ad mentem *Barbosa* sic rescripisset *Urbanus*, hoc tamen Rescriptum non est receptum, *Gob.* loc. cit. & videtur potius error irrepsisse Ministrorum, *Tamb.* loc. cit.; maxime cum apud ipsum *Barbosam* contrarium adhuc ediderint post hoc Rescriptum *Pontius, Perez, Dicast.* 2. Quia tantum illius gradus habetur ratio, qui est remotior, *Cap. fin. De consanguin.*, quando enim duo consanguinei in gradu dispari distant, intelliguntur tantum distare inter se, quantum remotior distat a communi stipite, ergo sicut gradus remotior trahit ad se & imbibit proximior, quantum ad rationem magis distandi a primo stipite, ita eundem ad se trahet & imbibet, ut solius ejus ratio sit habenda in dispensatione. 3. *Ex Cap. Quod dilectio. De consanguin.* deducitur quidem, facultatem Legato concessam ad dispensandum in certo gradu intelligi, quando uterque gradus distat aequaliter a stipite, sed rationem dant Doctores sic intellectae facultatis, quod in eo loco, sic haberet consuetudo, & ex dispen-

dispensatione oriretur scandalum, *Sanch.* supra. Contrarium autem tenent, ubi est contraria consuetudo, & ex dispensatione attento Jure non orietur scandalum. Quamvis autem in hac patria non sciatur esse contraria consuetudo; tamen non scitur etiam de consuetudine non dispensandi in dicto gradu mixto.

Nec obstat 1., Quod *Pius V.* requirat simul litteras declaratorias de gradu propinquiori: nam hæ declaratoriæ non sunt conditio, aliàs valor Matrimonii suspenderetur in utroque foro, donec conditio esset impleta, nec dispensatio antea sortiretur effectum, cujus oppositum patet ex verbis *Pii V.*, dicentis, etiamsi gradus propinquior non esset expressus, adeoque nullæ declaratoriæ super hoc datæ essent, tamen omnia acta, & dispensationes confectas super gradu remotiori, qui propinquiorem imbibit, minime posse subreptione aut intentionis defectu notari, & ita etiam notant *Sanch.* supra, *Gob.* n. 622. *Tamb.* §. 7. *Leand.* p. 2. tr. 9. disp. 24. *Bass.* supra: tantum ergo declaratoriæ istæ requiruntur, ut serviant pro foro externo, & occurratur scandalo eorum, qui propter dispensationem in gradu propinquiori non obtentam putarent Matrimonium esse nullum. Unde infert *Bass.*, si nullum scandali periculum immineret, nec res ad forum externum delata esset, non esse necessarium, ut declaratorias afferant: uti nec tum si impedimentum sit occultum, id est, etiam quando notum quidem est, sed palam creditur legitima dispensatio obtenta, quia tunc non est notum in ratione impedimenti, quod creditur per dispensationem sublatum, *Platelius* p. 5. n. 1184; aut si aliter obviari posset scandalo, exponendo

ex

ex motu Pii V. gradum proximiorum non officere, oratores absque mortali possunt negligere declaratorias, Pontius, Aversa, Tamb. à n. 6. Ordinarium tamen ex præcepto Pontificis præcipientis dictas declaratorias in ordine ad forum æternum, non potest absque illis dispensare sine peccato mortali, Tamb. & idem innuit Sanch. supra.

Nec obstat 2., quod Nuntius Apostolicus non practicer dispensationem in gradu mixto extertio & 2do: nam id potest esse, quia in Nuntiatarâ est consuetudo contraria, contra quam, si dispensandi facultate uteretur, posset oriri scandalum, hoc autem, non obest aliis habentibus facultatem dispensandi in gradu 3tio, Sanch. & alii.

Nec obstat 3. quod per Rescriptum, significatum sit Nuntio, quod ipse id non possit, non cum Jure communi, ut dicit Pius V. & ex decretis ipsius Pii V. Clementis VIII. & VI., uti & Gregorii IX. potens dispensare in remotiore, possit idem, si hic mixtus sit, cum propinquiori, eo quod hic dispensatione non indigeat, particulare Rescriptum missum ad Nuntium Apostolicum, non derogat Constitutioni generali, & ipsi Juri communi, cujus correctio vitanda est, quoad fieri potest, L. *Præcipimus*: Cod. De appellat. Castrop. t. 3. d. 5. p. 3. §. 3. Adde, quod Rescriptum particulare contra commune Jus non habeat effectum contra hoc, nisi illius mentionem faciat, L. *Rescripta* Cod. De precibus Imperatori offerendis: & tradit *Glossa* in Cap. *Nonnulli* De Rescriptis. Item *Abbas*, & plures alii, quia Rescriptum est particularis actus, qui non præsumitur factus cum tanta consideratione ad Jus commune oppositum. His non obstantibus,

§. 2. Oppositum est tenendum, nempe quòd 863.

nec Nuntius Apostolicus nec Episcopi in Germania possint dispensare in gradu tertio, si attingatur secundus. Ratio est 1. Quia cum hæc facultas non sit data per Jus commune vel per antiquas Constitutiones, sed sit specialis, quæ apud Episcopos singulis quinquenniis indiget renovari, non potest censeri major vel alia, quam prout est mens S. Sedis hic & nunc concedentis, cujus etiam est interpretari suam mentem, si dubium occurrat. Jam verò certum est, quòd Nuntius Apostolicus in Germania habeat, quòd ad hoc; eandem prorsus facultatem, quam habent Episcopi: & etiam certum est, quòd Nuntius dispensare non possit, si sit gradus mixtus cum secundo, nam Roma sub annum 1690. declaravit hoc, uti agnoscit Nuntiatura, ideoque ab eo tempore non dispensat, si secundus gradus attingatur. Similiter certum est, quòd sub annum 1694. idem declaravit Roma interrogata nomine Illustrissimi de Anethan Suffraganei & Vicarii Generalis Coloniensis; & ideo ab eo tempore etiam hi non dispensant in isto gradu. Quod autem de Nuntio & Ordinario Coloniensi dictum est, valet de aliis Ordinariis in Germania similem facultatem habentibus, uti agnoscunt, & ideo non dispensant Vicarii Generales Trevirensis, Monasteriensis, Spirensis alique, Ratio autem est, quia declaratio non immutat, nec tollit, nec affert novum Jus, uti latè *Tuschus* litt. D. concl. 86. & seqq. sed tantum manifestat, quid ab initio fuerit in lege aut facultate, & quid etiamnum sit, quamvis fortè invincibiliter putatum sit aliud subesse, ergo eum declaratio dicat, *vi talis facultatis in eo casu dispensa-*

spensari non posse, nullus Ordinarius vi illius facultatis dispensare potest. Si id possent alii Ordinarii, esset fortè ratione consuetudinis apud ipsos, hoc non, quia consuetudo non iuvat, nisi prudenter præsumatur approbatio vel consensus Superioris, à quo debet esse facultas, qui consensus hìc prudenter præsumi non potest, quia Superior, cum interrogatur, semper contradicit. Ad opposita, patet ex dictis, obstat enim declaratio illius, qui facultatem istam concedit, qui potest hoc specialiter concedere uni, & non alteri, uti dicitur concessisse Internuntio Brunclensi, & fortè aliis, sed id non iuvat reliquos.

864. Q. 115. Quid dicendum sit, si unus sponsorum, in quibus petitur dispensatio à Nuntio vel Episcopo, sit catholicus. n. §. 1. Facultas quinta, quæ dari solet Nuntiis & Episcopis, relata n. 832. & 846. non distinguit, cuius fidei sint illi pauperes, cum quibus dispensatur in 3. & 4. gradu, hinc oritur est dubium, an dispensare possint pro contrahendis Matrimoniis, si horum unus sit catholicus & alter acatholicus. Ratio affirmandi eratur, quia delegatio potestatis dispensandi in aliqua lege generaliter facta quoad personas sine illarum expressione, favorabilis est & latè interpretanda, uti tradit *Suar.* l. 6. de leg. c. 17. dicitur esse communem apud Canonistas & Legistas, concessa autem est hæc facultas generaliter absque expressione personarum, saltem ita, ut non excipiantur hæretici vel hæreticæ. 2. Matrimonium tale in his partibus potest esse licitum, & ei assistere Parochus, ergo poterit Episcopus in hoc, uti in aliis dispensare. 3. Si uterque fuisset acatholicus, & converterentur, possent dispensari, ergo sufficit alterutrum converti, vel esse catho-

catholicum, quia quando Parochus dicitur posse assistere vagis, secundum dicta n. 750. satis est alterutrum esse vagum, ergo similiter hic.

865.

§. 2. Alio tempore iterum propositum est illud ipsum dubium, & allata hæc causæ, ob quas lex ista humana prohibens dispensari cum acatholico, non videatur obligare in istis circumstantiis, nam 1. Sponsus acatholicus relinquet sponsam & liberis omnibus religionem liberam. 2. Permittet duas filias suas è priore Matrimonio educari catholicè. 3. Si sponsa intra breve tempus non ineat hoc Matrimonium, posthac non poterit nubere pari sibi. 4. Prudenter timeatur, ne sponsa comparens coram consistorio acatholico, quod suo modo dispensabit, transeat ad incestuosas nuptias, aut à fide deficiat. R. Rationes allatæ tantùm suadent licitum fore tale Matrimonium, si dispensetur; & causas esse, ut potestatem habens dispense, sed non persuadent definire impedimentum, aut fieri Nuntio vel Episcopo potestatem dispensandi. Itaque dicendum videtur ab his dispensari non posse, nisi iste acatholicus ante Matrimonium fiat catholicus, aut adsit causa rationabilis differendi, & simul sit certitudo moralis, quod causâ istâ rationabili differendi sublatâ acatholicus statim amplectatur fidem catholicam, ideoque censeatur jam moraliter esse conversus. Ratio est, quia in facultatibus illis sæpe expressè additur, cum pauperibus catholicis, fidei catholice Romane cultoribus &c. Et Papa plus non delegat, quàm ipse facere velit & soleat, nisi expressè addat, non solet autem aliter dispensare in tali casu, uti testantur Declarationes S. Congreg. apud Pignat. tom. 3. Consult. 63. Unde cum agatur de valore Sacramenti

menti ineundi, nec constat, quòd contraria opinio sit communiter recepta tanquam verè probabilis & conformis stylo Curie Romanæ, (quæ duo, secundùm dicta l. 1. n. 118. requiruntur, ut Ecclesia suppleat, si fortè opinio fallat) hinc censuimus praxin benignæ illius sententiæ, quòd dispensare possent, non esse licitam. An aliud per specialem aliam facultatem possint aliqui Episcopi, ignoro, attamen alicubi factum esse audiui. *Ad rationes in oppositum*, facilis est responsio, nam si posthac non nubat pari, casus est, qualem sæpe dat affinitas, quæ per accidens intervenit. Si apostaret, est ipsius malitia, quæ hic & nunc impediri non potest: itaque inducatur, ut Romæ dispensationem sollicitent, vel plura media adhibeantur pro conversione sponsi.

867. §. 3. Quod Matrimonium contractum attinet; Titius catholicus contraxerat cum Caja catholica in gradu utriusque ignoto affinitatis, petita est à *S. Penitentiaria* dispensatio; sed hæc negavit, nisi Caja prius fidem catholicam profiteretur: Caja constanter renuit, & Titius manebat in periculo proximo formalium peccatorum, fortè etiam defectionis à fide, *Queritur*, an Ordinarius in hoc casu necessitatis posset dispensare. Affirmavit Doctor aliquis; Obmovi, quòd Episcopus non possit etiam in casu necessitatis, nisi ex præsumpta concessione & conniventia Sedis Apostolicæ, ergo cum Sedes Apostolica expressè contradicat, & negaverit per *Penitentiariam*, Episcopus procedere non potest. Reposuit Sedem Apostolicam non omnia velle per *Penitentiariam*, sed sæpe per Pontificem ipsum, aut per alias Congregationes, præsumitur autem prudenter Pontificis consensus, si ex his causis roga-

rogaretur. Oppositum tenui, nam nec Pontifex solet dispensare cum catholico, nisi conjux acatholica convertatur: Itaque separet se Titius, donec Pontificis benignitatem efficacius implo-
raverit.

§. 4. Si conjuges acatholici & impediti post contractum Matrimonium convertantur, facultas 3. Nuntii Apostolici & Episcopi habet, quod dispensare possint etiam in 2. gradu, dummodo non attingatur 1. mus: attamen facultatem illam non habent quoad Matrimonia contrahenda, etiam si uterque sit acatholicus, cum de contrahendis non meminerit facultas, & ejusmodi facultates plus non afferunt, quam sonent. Quod si acatholici converti nolentes peterent Romæ dispensationem, eo fine, ut proles suæ apud catholicos censerentur legitimæ, quamvis digni non sint, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiantur, cujus salubria monita temere contemunt, uti habet Trid. sess. 24. c. 5. De ref. Matr. tamen credo S. Sedem facilius cum illis se eousque submittentibus dispensaturam, & audivi aliquando factum esse, quia hoc sæpe ad conversionem prolium multum conferre potest istâ dispensatione gaudentium.

§. 5. Si conjuges acatholici conversi fuerint ante Matrimonium cum impedimento contractum, non ideo possunt dispensari, quia si catholici facti contraxerint, non dicitur dispensari cum hæreticis in Matrimonio contracto.

Q. 116. Quandoam impedimentum, aut aliquid aliud, circa quod dispensandum esset, censeatur publicum, notorium, occultum, deductum ad forum contentiosum. R. Debet hoc sciri, nam Nuntii & Episcopi possunt sæpe dispensare in impedimento

Tom. VIII.

P p

vel

vel delictis occultis, non autem in publicis. Et aliqua de publicitate dixi l. 3. p. 2. n. 1219. à n. 1656. & l. 4. n. 786. adhuc tamen addi debent sequentia:

370. §. 1. Si impedimentum vel crimen, ob quod invalidaretur Matrimonium, probari nequeat duobus saltem testibus, aut licet probari possit, si necdum sit probatum, non censetur adhuc publicum factum vel Jure; unde, si etiam non sit famam publicum, censetur occultum: *Suar. Barb. Pias. in praxi Episc. p. 1. c. 1. n. 56. Tamb. De Sacram. l. 8. t. 2. c. 5. n. 17. Castrop. t. 3. d. 6. p. 25. §. 1. n. 9. Molin. De just. t. 3. d. 79. Nec obstat, quod sit violenta suspicio vel mullitatio e eo, quia adhuc posset aliquam tergiversatione celari, & ut hic censetur publicum, debet à multis. *Scri. Sanch. l. 8. d. 34. n. 55. Tamb. supra, quamdiu enim aliquis non ideo laborat, publicam infamiam, tamdiu obviatur publico scandalo, adeoque censeri debet occultum, Henriq. Rodriq. Nav. in summa lat. c. 27. à n. 254. Suar. De cens. d. 41. f. 3. n. 6. Mol. supra n. 8. Azor l. 8. t. 1. c. 10. q. 9. Dummodo personæ, quibus est notum, sint infra decem, inquit Pignat. tom. 6. c. 99. n. 8. & 9.**
371. §. 2. Ut impedimentum censetur publicum, non est satis, quod actus, per quem incurritur, sit publicus, sed etiam requiritur, ut publicum sit, talem actum esse impedimentum, uti à pari dixi de delicto l. 6. p. 2. n. 1657. tenetque etiam Pignat. à n. 30. Et ratio est, quia non queritur, an actus, ex quo oritur impedimentum, sit publicus vel occultus, sed queritur, an impedimentum sit publicum; quando autem qualitas afficit vocem, afficit hanc in sua ratione & formaliter, ergo si publicitas non afficit forma-

formaliter rationem impedimenti, non debet impedimentum dici publicum in ratione impedimenti, ergo manet simpliciter impedimentum occultum: *Nav. Sayr. Sa, Sanch. n. 56. Tamb. supra, Busenb. relatus l. 1. n. 707. Krim. n. 2342.*

§. 3. Si impedimentum etiam in ratione impedimenti fiat publicum post executam dispensationem, quam vis data fuerit ab illo, qui non poterat dispensare in impedimento publico, hoc non obstat valori dispensationis datae, quia hæc priore tempore, quo impedimentum erat occultum, fuit valida & sortita est effectum, ergo nunc invalidari non potest: hinc etiam ordinariè poterit Judex prudenter tum suppressere talem publicitatem, cum enim Matrimonium contractum invalidari non possit, ordinariè melius vitabitur scandalum omittendo actionem, quam admittendo frustraneam litem pro tentando divortio; ideòque notant etiam *Henriq. & Sanch. l. 3. d. 15. n. 13.* eum, qui pro foro interno per Breve *Penitentiarie* in occulto impedimento dispensatus est, non esse molestandum in foro externo: Si tamen impedimentum dictum esset publicum, posset ratio scandali postulare separationem, aut obtentionem talis dispensationis, quæ manifestari posset.

§. 4. Si impedimentum sit publicum in alio loco, sed occultum hic, ubi dispensatio petitur, nec detur periculum proximum, ut in hoc loco publicetur, aliqui affirmant, alii negant posse hic reputari occultum, utrique probabiliter, uti in pari dixi l. 6. p. 2. n. 1658. tenetque etiam *Piasc. supra cum illis, qui affirmant cense-ri hic occultum, quamvis cum aliis teneat Pignar. n. 29. Vide tamen dicenda n. 951.*

R p 2

§. 5.

874. §. 5. Crimen, quod notū est solis complicibus, quamvis hi multi sint, censetur occultū, nam occultū est, quod probari non potest, sed per complices non potest probari, quia regulariter socii criminis in criminalibus non admittuntur ut testes, & licet admittantur in criminibus exceptis, tamen probationem non faciunt, uti habent Jura & AA. cum *Pignat. t. 6. conf. 99. à n. 27.*
875. §. 6. Si Ordinarius vel Parochus aliunde resciat impedimentum, & simul resciat dispensationem esse datam tantum pro foro interno, quamdiu hoc illis juridicè non denunciatur, possunt dissimulare & assistere, ac permittere, ut maneat in usu Matrimonii, quia manet occultum: è contrà, si impedimentum juridicè ipsis denunciatum sit, debent suspendere executionem, aut etiam prohibere usum Matrimonii, usque dum in foro externo probent se dispensatos, quia Judex imploratus non debet negare justitiam, *Sanch. Krim. n. 2363.*
876. §. 7. Quando nam aliquid dicatur esse deductum ad forum contentiosum, explicavi l. 6. p. 2. à n. 1659. Adde ex *Pignat tom. 6. conf. 99. seqq.*
1. Quamvis reus falsis probationibus & testibus se defenderit, & sic sit absolutus, delictum ejus non amplius censetur publicum.
 2. Id tenet, quamvis non sit absolutus definitivè tanquam innocens, sed tantum quasi suspensivè, si nempe absolvatur à processu, eò quòd non sit probatus culpabilis.
 3. Id tamen non tenet, si tantum sit relaxatus sub fidejussione de se suo tempore representando, tum enim necdum finitum est iudicium.
 4. Delictum clerici manet occultum, licet à Judice seculari in contumaciam fuerit condemnatus, & etiamsi occasione illius sententia

tentia nata sit ipsi infamia publica, non ideo est irregularis.

§. 8. Quando S. Pœnitentiaria in Rescripto ad- 877.
dit, dummodo omnino occultum sit, quod uterque ora-
torum in mortem dicti mariti machinatus sit, & planè
ignoretur, quod illius mors inde secuta sit, plus requi-
ritur ad occultum, uti colligitur ex particulis,
omnino occultum, & planè ignoretur, unde Ho-
stiens. J. Andr. Pignat. n. 11. dicunt tum requiri, ut
non sit famâ notum nec ullâ ratione probari
possit. Quando nam autem hæresis in ordine ad
facultatem absolvendi dicatur occulta, habet
Pignat. n. 12. & satis dixi l. 6. p. 2. à. num. 1649.
1656.

Q. 117. Quid notandum sit circa illos, quibus com- 878.
mittitur potestas dispensandi, vel dispensatio ipsa. R. §.
1. Potestas, quam Episcopi habent ex generali
vel tacita concessione dispensandi in legibus Pa-
pæ vel Conciliorum, censetur ordinaria, ideò-
que delegari potest, quia conceditur ratione Of-
ficii, & est perpetua, Gloss. in Cap. fin. De off. ordi-
din. Covarr. Suar. Sanch. Castrop. Krim. n. 2042.
2055. Docet etiam Gob. tr. 9. num. 701. Epi-
scopos in Germania solere subdelegare faculta-
tes etiam extraordinarias sibi concessas; & ideo
ex Cap. 3. De off. deleg. potest Episcopus causam
sibi à Sede Apostolica delegatam subdelegare
suo Vicario generali, fortè ideo, quod Papa de-
legans non attendat ad industriam personæ, uti
habet Dynus apud Gob. n. 702. vel quia delegatus
supremi Principis potest causam subdelegare se-
cundum Auctores n. 885. citandos. Si tamen in-
dustria hujus personæ, cui committitur, esset
electa, certum est non valere subdelegationem,
uti docent omnes cum Gob. n. 709. Quando nam

autem aliquis possit aliquid facere per alium, aut è contra quando teneatur facere per seipsum, aut industria personæ censeatur requiri, fusè examinat *Sperell.* decis. 106. ex quo paucis noto seqq. 1. Regulariter, quod potest quis per seipsum, potest etiam per procuratorem, nisi lex vel Canon aliter statuat, L. 1. ff. De procur. Hinc potest juramentum, etiam fidelitatis, si Dominus feudi consentiat, fieri per alium habentem speciale mandatum: item solennis professio religiosa. Imò etiam si in terminis requireretur *proprium juramentum*, posset per alium fieri: attamen testis non potest per alium jurare, Cap. *Licet ex quadam*, De testibus. 2. Requiritur, ut quis aliquid per seipsum faciat in triplici negotio, vel ratione rei, uti in criminalibus: vel ratione personæ, si actio ponenda non conveniat alteri: vel quando electa est personalis industria: quorum cum nihil sit in professione fidei facienda à docentibus vel beneficiandis, probabilius videtur eam fieri posse per alium. 3. Ubi expressè vel tacitè est electa industria personæ, subdelegatio fieri non potest, L. *A Judice*, Cod. De judiciis, Cap. ult. De off. deleg. Hoc autem est, si dicatur, *personaliter exequaris*. Idem censent multi cum *Barbosa*, si dicatur, *super quo conscientiam tuam oneramus*, quod tamen multi negant, nisi dirigeretur ad personam cognitam & determinatam. Et similiter loquuntur multi de his verbis: *de tua prudentia & circumspectione plurimum confidentes*. Hæc tamen, proprio iudicio cognoscas & *desinas*, requirunt industriam personæ; uti & ille, *tu*, tu cognoscas duplicatio enim denotat personam. Quando in communi tantum aliquid committitur ratione officii, non censetur restrin-

stringi ad hanc personam, secundum dicta n. 492.

§. 2. Quando litteræ pro faciendâ dispensatione diriguntur ad Episcopum non factâ mentione Vicarii, vel ad Vicarium non factâ mentione Episcopi, ille solus, per se loquendo, potest dispensare, ad quem diriguntur, quamvis alius possit audire testes vel examen instituire; ratio est, quia Episcopus & Vicarius non faciunt unum tribunal in eis, quæ competunt extraordinariè & ex delegatione, unde si, v. g. Vicarius, ad quem directa erat dispensatio faciendâ, moriatur, antequam causam cœperit vel cœptam absolverit, debet perficere, non Episcopus sed successor Vicarii, *Sanch. Castrop. Tamb.* alique cum *Gob. n. 686. & 687.* & videri debent dicta l. 4. n. 252. ubi n. 247. notavi, quod quando aliqua delegatio vel expeditio Româ demandatur Officiali Episcopi, per hunc in his partibus intelligatur Vicarius in spiritualibus.

§. 3. Si Sedes alicubi vacet, ideoque dispensatio pro aliquo illi Episcopatu subjecto sit commissa Episcopo vicino, si hic non expediverit illam ante electionem novi Episcopi; putant *Tamb. & Gob. n. 688.* vicinum illum Episcopum non posse illam expedire electo jam novo Episcopo, quia *Trid. sess. 22. c. 5. de reform. Matr.* vult id fieri ab Ordinariis eorum, qui impetrarunt: sed nec poterit expedire novus Episcopus, cum nullam habeat commissionem: Alii tamen probabiliter putant vicinum illum Episcopum adhuc expedire posse, quia accepit commissionem absolutè, & non restrictam ad tempus, quo pergeret vacare Sedes.

§. 4. Dispensationes prius non sortiuntur effectum, quam Ordinarii, ad quos remittuntur, ut

ut ipsi dispensent, extrajudicialiter saltem cognoverint nullam intervenisse subreptionem, uti habet *Trid.* suprâ. Unde & *Gob.* n. 743. docet, quod in his impedimentis communiter non dispensetur à Papa Romæ, adeoque non possit contrahi Matrimonium, quamvis sciretur Rescriptum esse expeditum à Papa, quia committitur Ordinariis, ut veritate examinata ipsi hinc dispensent. Vide dicta l. 1. n. 815. & dicenda hic n. 903.

382. §. 5. Si alicui concedatur facultas dispensandi in omnibus gradibus, excepto primo, vi hujus facultatis non potest dispensare in primo gradu affinitatis, imprimis non in linea recta, si v. g. copulam habuerit cum matre vel filia illius, quam vult ducere, quia hæc dispensatio est difficilior, quam 2dus consanguinitatis, in quo pro foro etiam externo quandoque datae sunt dispensationes; in foro autem externo nunquam datae sunt dispensationes in 1mo gradu affinitatis in linea recta ex copula licita, uti dictum est n. 701. sed quandoque tantum ex illicita, adhuc tamen difficilius, quam in 2do consanguinitatis. Deinde nec in linea transversa, v. g. si peccarit cum sorore sponsæ, quia absolute excipitur 1mus gradus, sub quo continetur & consanguinitatis & affinitatis. *Nec refert*, quod majori concessio videatur minus concedi, & cui licet plus, liceat minus, majus autem sit dispensare in secundo consanguinitatis, quam in primo affinitatis in linea transversa & ex copula illicita, nam illa regula Juris tum tantum valet, quando illud minus continetur in majori tantquam pars in toto, vel species in genere, alias non, cæteroque in habens potestatem dispensandi in

in irregularitate ex homicidio voluntario, posset etiam in irregularitate, v. g. ex defectu lenitatis, cum hoc fit minus, nemo autem hoc diceret, ita cum aliis *Sanch. & Lugo in Resp. Mor. l. 1. dub. 39.*

§. 6. Si delegatus semel plenè & per definitivam functus sit officio suo, sive bene, sive malè, cessat ejus jurisdictio, *L. Paulus, L. Judex De re judic. Sanch. l. 8. d. 27. n. 39.* Excipit *Abb. cum Krim. n. 2423.* si ejus sententia ideo nulla esset, quia non observavit formam mandati, quia tum ipsa non est usus jurisdictione suâ. Et si Ordinarius esset, adhuc posset jure suo cognoscere de Matrimonio, *Sanch. Corrad. Krim. n. 2217.*

Q. 118. An Vicarius Episcopi possit idem, quod Episcopus, ac subdelegare facultates, quas habet ab Episcopo. 883.
 R. §. 1. Si facultates à Sede Apostolica concessæ Episcopo, immediatè communicatæ sint etiam Vicario, communiter dantur cum potestate delegandi, adeoque poterit Vicarius etiam delegare alteri, uti etiam eas delegare potest, quas habet Jure Ordinario. E contra si facultates immediatè concessæ soli Episcopo, ab hoc sint delegatæ Vicario, hic non potest subdelegare: neque Vicarius censetur facere unam personam vel tribunal cum Episcopo, nisi in eis, quæ competunt Episcopo ratione jurisdictionis ordinariæ, quale quid non sunt facultates extraordinariæ concessæ Episcopo, *Fagnanus & alii cum Laurentio, De Vicario q. 111. n. 2.* Et ita non potest Suffraganeus alteri Suffraganeo subdelegare, v. g. potestatem ordinandi extra tempora, specialiter Episcopo concessam à Sede Apostolica, *Laurentio. q. 116.* Estque idem de aliis similibus. Atamen notavi *l. 4. n. 1416. ex Sanch. & Lugo in Resp. Pp 5*

Resp. mor. l. 4. d. 42. posse Episcopum delegare suo Suffraganeo facultatem hoc modo: *delego tibi facultatem ad hoc, & quia tu non poteris subdelegare, etiam non do tibi potestatem subdelegandi aliquem; sed ego ipse immediate do facultatem vel jurisdictionem illi, quem tu judicaveris aptum & designaveris*: Similiter si peratur dispensatio non explicatis sufficienter circumstantiis, nec datâ sufficiente cognitione causæ, ille, qui habet potestatem dispensandi, sed non committendi alteri, potest sic rescribere: *dispensio, si preces veritate nitantur, cujus examen tibi committo; vel sic: si hoc vel illud ita sit, dispensio*. Et tum valebit dispensatio, si conditio fuerit impleta.

385. §. 2. Si Episcopus Vicario dederit facultatem his verbis: *plenam tibi & omnimodam damus facultatem omnia & singula per te ipsum vel alium, cui, dum te à civitate nostra abesse, aut aliis impediri contigerit, id remittendum duxeris, rite seduloque obeundi, perficendi & exequendi &c.* Dubitatum est, an Vicarius ex vi hujus facultatis & commissionis possit remotioribus Parochis vel Missionariis in tali diœcesi, pro districtu suæ Parochiæ vel missionis generaliter subdelegare pro casibus in tribunali pœnitentiæ occurrentibus facultatem dispensandi in casibus Papalibus, qui ob circumstantias necessitatis & scandali fiunt Episcopales. Pro parte negativa est. 1. quod aliqua horum, ut facultas dispensandi super irregularitate & suspensione secundum *Trid.* & communem cum *Barb. de off. Episc. alleg. 39. n. 10.* requirant speciale mandatum, ergo saltem ad illa subdeleganda non datur facultas. 2. *Barb. alleg. 32. n. 37. & Gob. tr. 10. n. 503.* docent Vicarium saltem non posse ejusmodi facultates subdelegare alteri

alteri generaliter, sed specialiter tantum, nempe delegando unum vel alterum casum in particulari. 3. Saltem non videntur ejusmodi facultates generaliter committi posse Missionariis, sed hi, quibus committitur, deberent esse cogniti & nominatim designari à Vicario; quia in ejusmodi commissionibus censetur eligi industria persona, quæ electio non fit per simplicem expressionem officii Missionariorum, sed persona debet esse in individuo nota & expressa. 4. Docet cum communi *Krm.* n. 2056. Vicarium Generalem Episcopi non posse vi Vicariatus commissi, sed tantum ex speciali delegatione dispensare in eis, in quibus potest Episcopus extraordinariè, v.g. pro casu urgentis necessitatis, quia quamvis talis facultas sit ordinaria Episcopo, non tamen Jure ordinario, sed tantum extraordinario. Pro parte affirmativa est 1. quia facultas Episcopi in prædictis casibus Papalibus non est delegata, sed simpliciter ex ordinaria potestate dispensant, cessante in eis casibus omni reservatione, uti habent *Sanch.* l. 2. d. 40. n. 3. 7. 14. *Paxford.* p. 2. l. 9. tit. 1. c. De dispensationibus n. 261. ergo similiter Vicarii, quæ enim his committuntur intuitu officii, ad illa habent jurisdictionem ordinariam tanquam annexam & accessoriam suo officio, uti citatis *Sanch. Sbroz. & Garc.* docent *Laym.* De jurisd. ordin. n. 105. *Leuren.* De Vicario q. 71. n. 2. q. 98. & seqq. q. 199. *Pirrhing* l. 1. tit. 28. n. 40. his verbis: *Vicarius Generalis Episcopi habet jurisdictionem ordinariam, non tantum in iis causis, quæ ex generali officio Vicariatus ipsi competunt, & in generali mandato Vicariatus comprehenduntur, sed etiam in iis, quæ speciali commissione opus habent, modò vel in primâ commissione Vicariatus officio*

officio specialiter annectantur, vel tanquam Generalis Vicario seu intuitu officii Vicariatus postea per speciale mandatum committantur. Et hæc pluribus firmatur. 58. Consentit etiam Dript, quem citavit. 4. n. 249. similiter Lugo in Resp. mor. l. 1. dub. 46. n. 5. docet, quoad dispensationes & similia, quæ Jure ordinario potest Episcopus, idem posse Vicarium generalem, quia etiam hic habet jurisdictionem ordinariam. Conf. 1. nam illa jurisdictionis est ordinaria, quam confert lex, consuetudo vel Princeps ad negotiorum universitatem, uti ex Bart. & Panorm. probant Sanch. l. 3. d. 31. n. 1. 10. 31. Molina tom. 6. de just. tr. 5. d. 14. à n. 2. & approbat Lug. n. 4. docentque omnes passim cum Wiestner, l. 1. tit. 29. n. 20. talis autem hic est jurisdictionis Vicarii, ergo. Conf. 2. quia nomine Ordinarii venit etiam Vicarius Generalis, qui propriè etiam est Ordinarius, uti docent Gloss. aliique communiter cum Barb. De Off. Episc. Alleg. 32. n. 29. Garc. De Benef. p. 5. c. 8. nu. 41. Leuren. q. 69. Et quoties aliquid Episcopo conceditur, persona Vicarii eadem dispositione comprehensa videtur. Chock. & Sanch. l. 3. d. 7. n. 10. & d. 29. n. 15. & 16. ergo sicut Episcopus potest facultatem dispensandi delegare alteri, ita etiam Vicarius. 2. Vicarii generales secundum Lott. De re benef. l. 1. q. 28. n. 130. sunt socii Episcopi in administratione Episcopali & jurisdictione ordinaria, & sub nomine Episcopi ac diocesani comprehenduntur, si non specialiter excludantur, ideòque plura exercent, quæ in Trid. nullà facta Ordinariorum aut Vicariorum generalium mentione ipsis Episcopis demandantur, & ideo etiam Sperell. decis. 111. à n. 32. docet pro casibus in quibus Episcopus ex Papæ commissione ha-

bet potestatem dispensandi, eandem habere Vicarium generalem, si habeat mandatum speciale, & dispensationi faciendæ annexa fuerit causæ cognitio, ergo idem dicendum est circa omnes ejusmodi facultates non restrictas ad executionem solius Episcopi, præsertim cum ordinaria facultas sit favorabilis & latè interpretanda, *Paxjard. n. 254. Corrad. De disp. Apost. l. 1. c. 5. n. 11. 27.* 3. Episcopus in nostro casu dat Vicario suo facultatem omnia obeundi, perficiendi, exequendi per se vel alium, cui Vicarius committet, ergo si committat Missionariis, hi poterunt nomine Vicarii omnia peragere: docent enim AA. communiter cum *Leuren. De Vicario, q. 199. n. 4.* posse Vicarium etiam sine speciali mandato substituere sibi aliquos ad certos actus seu ad certam speciem actuum. 4. Necessitas videtur id postulare, quia aliàs vix, aut ne vix quidem juvabuntur pœnitentes, apud quos Missionarii hæere aut redire nequeunt, & pœnitentes, si ad alios remittantur, nescient, quos alloquantur, & interea manebunt in peccatis & periculo salutis.

6 *Respondeo.* Rationes pro parte affirmativa videntur quidem esse satis probabiles, quia tamen sæpe in istis agitur de valore Sacramenti, deberent meritò Episcopi, dum singulis quinquenniis petunt renovationem suarum facultatum, simul petere etiam Vicariis suis potestatem communicandi, cum hoc fit necessarium in tam vastis diocesisibus.

Q. 119. An Vicarius Generalis possit sine speciali mandato dispensare in illis, in quibus potest Episcopus, vel exequi illa, quæ committuntur Episcopo, aut contrà. Rz. Vicarium dispensare non posse sine speciali man-

mandato præter antea citatos docent *Garc. Felin.* & alii cum *Leur.* De vicario q. 119. quia dispensatio sonat gratiam & liberalitatem, quæ non videntur cadere sub generale mandatum: Oppositum ex dictis videtur probabile, uti tenent AA. plures apud *Sbroz.* De off. Vicarii l. 2. q. 35. n. 1. Hinc etiam *Sperell.* decis. 97. cum communi docet 1. Quando in Jurisdictionibus aliquid committitur Episcopo simpliciter, quasi per generalem commissionem, nomine Episcopi venit etiam Vicarius ejus generalis, etiam si speciali mandato Episcopi careat, nisi reperiatur expressè exclusus, aut materia officio Vicarii non conveniat. 2. Quando aliquid committitur Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ delegato, hoc non convenit Vicario ex vi generalis mandati, quia talem causam cognoscit Episcopus, non ut Episcopus, sed ut delegatus; & Episcopus generaliter constituendo Vicarium ea tantum committit, quæ sunt jurisdictionis ordinariæ, non autem delegatæ. 3. Potest tamen Episcopus etiam ad hoc specialiter deputare Vicarium, uti constat ex *Trid.* sess. 24. c. 6. nisi fortè electa esset industria personæ Episcopi, secundum dicta l. 4. n. 252. 4. Si aliquid committatur Vicario etiam sub nomine dignitatis suæ, non ideo potest se ingerere Episcopus, nisi ipsi committat Vicarius, quia in ejusmodi deputationibus non censentur facere idem tribunal. Et hoc docet etiam *Leur.* q. 195. & 299. cum communi. 5. Neque tamen potest se ingerere Episcopus, si quid committatur Episcopo vel Vicario, & Vicarius jam inceperit expeditionem. 6. Addit *Pignar.* tom. 1. consult. 342. ex declaratione 14. Nov. 1643. dicta, si Episcopus ob tenuitatem reddituum etiam de consensu *S. Congregationis* non habeat Vicarium, sed

sed per se faciat omnia, non posse exequi litteras Apostolicas ad Vicarium suæ diœcesis directas. Addit seqq. *Krim.* à n. 2213. citatis authoribus, 1. si executio demandetur Ordinario, potest exequi & Episcopus & Vicarius Generalis: item si sit in diœcesi nullius, potest Prælatas habens jurisdictionem quasi Episcopalem, non tamen ejus Vicarius. 2. Si demandetur Episcopo, non potest Vicarius; si Vicario, non potest Episcopus, quamvis Vicarius absit, deponatur, moriatur, quia in his eligitur industria personæ. 3. Si demandetur Vicario sub nomine Vicarii, etiamsi postpositum sit nomen ejus proprium, v. g. *Vicario Coloniensi, Marco Antonio*, poterit exequi successor in Vicariatu, quia demandatio est realis. Si sub præposito nomine proprio Vicarii, v. g. *Marco Antonio Vicario Coloniensi*, solus ipse poterit exequi, etiam amotus ab officio, quia est demandatio personalis. 4. Potest delegatus alteri fide digno committere informationem verificandorum & receptionem testium. Denique notandum posse Episcopum substituere sibi plures Vicarios, *Corrad.* l. 7. c. 4. n. 46.

Q. 120. *Quid possint quoad matrimonialia Archidiaconi*: R. In Archi-Diœcesi Coloniensi sunt quatuor Archidiaconatus majores, quos habent Præpositi, Coloniensis in metropolitana, Bonnenfis, Xantensis, Sufatensis. Hi Archidiaconi putârunt se præter multa alia jus habere, 1. Dispensandi in proclamationibus matrimonialibus. 2. Assistendi aut licentiam concedendi ad assistendum Matrimoniis, cuicumque presbytero sine licentia Parochi. 3. Dandi licentiam ad Matrimonium contrahendum in Oratoriis vel domibus privatis. Contradixerunt Archi-Episcopi, *Ferdinandus* in Synodo anni 1612. & per *Edi-*

Edictum 17. Dec. 1619. ac iterum 1645. Maximilianus in Synodo 1662. & per Edictum 22. Junii 1663. ac iterum 18. Nov. 1675. Josephus Clemens 3. Aprilis 1691. qui etiam publicavit emanatam à S. Congregatione declarationem circa ista, quam confirmavit Papa, prout sequitur.

ALEXANDER PAPA. VIII.

AD futuram rei memoriam aliàs emanavit à Congregatione tunc existentium S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum Decretum tenoris qui sequitur, videlicet, Colonienſis Jurisdictionis Propositus 14. Novembris 1676. dubiis infra scribendis, resolutio dilata fuit, prætendentiſus Archidiaconi Jurisdictionem Sacre Congregationis declinantibus, habito autem recurſu ad Signaturam Sanctiſſimi, reſcriptum fuit, causam cognoſcendam in Sacra Congregatione cum voto Rote, ab hac emanavit sub diebus 17. Aprilis 1679. & 29. Martii 1680. votum, conſtare de bono jure, etiam ad effectum maintenanceſus Archiepiscopi Electoris Colonienſis, prout ex Decisionibus, quæ dantur. Proinde nunc Promotor Electoralis, citatâ parte supplicat declarari. Primi. An Archidiaconi eorumve Officiales poſſint diſpenſare in una, aut omnibus denunciacionibus matrimonialibus. 2. An poſſint aſſiſtere aut licentiam concedere aſſiſtendi matrimonii cuicumque Presbytero sine licentia Parochi, aut eo reluctante. 3. An item poſſint licentiam dare contrahendi in Oratoris, domibus privatis, Capellis ruralibus, aut in Ecclesiis clausis. Die 27. Julii 1680. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum respondit negative in omnibus. J. Cardinalis Columna Præfectus. Loco † Significat A. Altonitus S. C. C. Secretarius. Cùm autem sicut dilectus Filius JOSEPHUS CLEMENS ex Ducibus Bavariæ electus Colonien. S. R. Imperii Princeps

Electo Nobis nuper expom fecit, ipse Decretum huiusmodi quod firmitus subsistat, Apostolica confirmationis nostre patrocinio communitari plurimum desideret. Nos ipsam JOSEPHUM CLEMENTEM specialibus favoribus & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris & poenis à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis, Decretum præinsertum Autoritate Apostolica præsentium tenore approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis autoritate Congregationis eorundem Cardinalium, decernentes ipsas præsentis litteras semper firmas validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere & ab illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quocunque quavis autoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctam Marianam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Aprilis M. DC. XC. Pontificatus Nostri Anno primo.

(L. S.

I. F. Card. Alb.

Q. 121. Quid capitulum sede vacante possit quoad matrimonialia. R. S. 1. Potest per Vicarium suum Capitularem dispensare, uti Jure ordinario poterat Episcopus, nam Capitulum representat defun-

Tom. VIII

Q9

defun-

defuncti personam, & succedit in omnibus (exceptis casibus Jure expressis) quæ sunt jurisdictionis ordinariæ, etiam voluntariæ; ad ordinariam autem jurisdictionem spectat hæc potestas dispensandi, *Abb. Nav. Senis, Garc. Zerol. Barb. Pont. & alii*, quos referunt & sequuntur, *Sperell. decis. 111. à n. 38. Leur. De Vicario q. 479. 563.* Quod plerique extendunt etiam ad facultates à *Trid.* commissas Episcopis, uti *sess. 24. c. 6.* dispensandi in irregularitate occulta ex delicto, sed de hoc postea, l. 7. quando de irregularitate. *Dixi*, per Vicarium suum capitularem, nam Capitulum per seipsum jam non potest, nisi primis octo diebus, uti *insinuavi l. 4. n. 2266.* & cum communi notat *Leuren. De Vicario q. 467. 540. 546. 644.* quamvis q. 567. notet Capitulum posse sibi aliqua gratiosa reservare.

889. §. 2. *San. h. l. 8. d. 27. à n. 32.* putat Vicarium capitularem sede vacante posse exequi dispensationem matrimonialem Episcopo defuncto aut ejus Vicario commissam, quia succedit in dignitate Vicarii Episcopi, & dici potest Episcopi Vicarius. Oppositum probabilius tenent cum aliis *Covarr. Garc. Rosa, Sperell. decis. 31. n. 2. Leuren. De Vicario q. 197. & 587.* quia Capitulum succedit Episcopo tantum in jurisdictione ordinaria, non autem in delegata, qualis hæc est, & ideo stylus Curiaæ habet, ut sede vacante executio dispensationum vel similium gratiarum non dirigatur ad Vicarium capitularem, sed ad vicinum Episcopum, de quo dixi n. 880. Et Vicarium capitularem non esse nec dici Vicarium Episcopi habet communis cum *Leur. q. 562.* non enim gerit vices Episcopi, sed Capituli, à quo solo jurisdictionem habet. Et ex eodem fundamento docet cum

cum aliis *Sperell.* contra alios, Vicarium capitulare non posse cognoscere causas, v. g. confugientium ad ecclesiam, vel ex illa extractorum, quia hæc facultas competit Episcopis, eorumque Vicariis Jure extraordinario. Docent tamen *Rosa, Sperell.* supra n. 13. & iterum decis. 85. n. 1. cum aliis apud *Leur.* q. 197. & iterum q. 298. n. 4. contra alios, si executio sit demandata Vicario Episcopi sub nomine dignitatis, cum, qui post istum fit Vicarius Episcopi, posse exequi, quia licet Vicarius propriè non dicatur habere successorem, tamen habet consuetudo, ut hoc fiat.

§. 3. Etiam potest Capitulum sede vacante 890. per Vicarium suum assistere Matrimoniis, aut alteri dare licentiam assistendi, quia tum venit nomine Ordinarii, *Sanch. Côn. Barb. Dian. Leuren.* q. 487. 583.

Q. 122. Quid notandum sit circa potestatem Regula- 891. rium in ordine ad dispensandum circa conjuges vel Matrimonia. R. §. 1. Privilegium, quod habent Mendicantes ad dispensandum cum licentia Provincialium in petitione debiti pro conjugibus incestuosis vel adulteris vel ligatis voto castitatis, docent *Quintanadv. & Gob. tr. 9. n. 732.* contra *Bassetum* esse bullatum; & quoad illos, qui contraxerunt cum voto absoluto castitatis, docent *Castrop. d. 4. p. 2. §. 1. n. 19. & Krim. n. 2060.* posse Confessarios Societatis ex licentia Provincialis dispensare ad petendum debitum; sed quoad ista omnia videri debent dicta l. 6. p. 2. n. 1588, 1589. Notant præterea aliqui privilegium datum à *Julio II.* dispensandi saltem cum incestuosis per Mendicantes à Provincialibus deputatos existentes in domibus & ecclesiis suis, esse quidem

dem vivæ vocis, attamen subscriptum à maximo Pœnitentiaro, Officiali Papæ; Urbanum VIII. autem per Bullam *Aliàs felicis recordationis*, datam 2. Aprilis 1635. declarasse, quòd revocando vivæ vocis oracula etiam manu Cardinalis signata, non intellexisset signata ab illis Officialibus, quibus ratione muneris fides haberi deberet de fide talis oraculi, & tale esse præsens privilegium: quòd tamen extendi non debeat ad impeditos cognatione spirituali, vel voto castitatis, cum de his non fiat mentio: Et conjugatos superveniente impedimento cognationis spiritualis non posse dispensari à Mendicantibus in petitione debiti; fatentur *Sanch. l. 8. d. 16. n. 9. & Kram. supra.*

§ 2. Vix tenuiter probabile est, adeoque non licet sequi in praxi opinionem illam, quòd Regulares vi cujusdam privilegii à *Leone X.* Augustinianis concessi possint dispensare in primo gradu post Matrimonium contractum, aut in aliis impedimentis dirimentibus, eodem modo, quo Episcopi, uti contra recentiore aliquem pluribus probat *Card. in 2. crisi, diff. 2. à n. 379.* Et ideo etiam *Gob. tr. 9. n. 720.* docet privilegium, quod iisdem Augustinianis dicitur esse concessum dispensandi in impedimento affinitatis etiam in primo gradu, esse dubium; addit tamen posse in necessitate aliquem Mendicantem sub dubio dispensare, donec aliunde obtinuerit certam dispensationem; quia in necessitate licitum est uti sententiâ probabili, quando tutior usurpari non potest, uti dixi l. 6. p. 1. n. 110. De cetero ista servire non possunt Confessariis Societatis JESU, cum in Comp. privilegiorum non legantur esse recepta.

§. 3. Carmelitæ Discalceati dispensant in re-
gno Persarum cum neophytis quoad omnia im-
pedimenta consanguinitatis & affinitatis : item
Capucini Missionarii in Helvetia circa eos , qui,
ubi *Trid.* est receptum , contraxerunt clandestini-
tè , vel cum impedimento criminis ignorantes
illud , vel in 4to gradu consanguinitatis aut af-
finitatis. Item *Pignat.* tom. 6. conf. 16. n. 3. ait,
Die 7. Oct. 1682. *Innoc. XI.* concessit facultatem Præfe-
cto Missionis Brasiliæ Ordinis Capuccinorum dispensandi
super impedimento in 1. gradu affinitatis ex copula illi-
cita in foro conscientie , illamque communicandi ; hæc
tamen omnia non communicantur nobis , uti
notat etiam *Gob.* n. 725. Attamen in Bulla, *Licet*
debitum, anno 1549. inter litt. apost. in nova im-
pressione Instituti pag. 14. concedit *Paulus III.*
Generali Societatis , ut, cum aliquos ex fratribus seu
sociis Societatis in Saracenorum & Paganorum, aliorum-
que infidelium terras & provincias alias remotissimas , à
quibus non potest adiri Sedes Apostolica , miserit , possit
eis autoritate nostrâ facultatem concedere , ut cum iis,
qui ab infidelitate convertentur tantum , & in locis re-
motissimis , qui prius in gradibus non licitis , tamen lege
divina non prohibitis Matrimonia contraxerant , ut iis
eisdem manere possint, dispensare.

§. 4. Putat *Croufers* ad Cap. 7. Regulæ S. Franc. 894.
pag. 787. quod *Greg. XIII.* die 24. Aug. 1576. con-
cesserit PP. Societatis *JESU* in partibus ultra-
montanis , ut in eis locis , ubi *Trid.* receptum est,
& non servatum ab aliquibus , qui induci non
possint, ut iterum contrahant servatâ formâ *Tri-*
dentini, possint dicti PP. eos absolvere, & dispen-
sare in foro conscientie , ut rursus secretò inter
se contrahant non servatâ *Tridi* formâ , & hoc
privilegium dicit haberi in appendice ad litt.

Apostel. pro Societate JESU. Sed cum *Verpigi* dico me hoc in nullo alio invenisse, nec reperitur in Compendio privil. neque in nova editione Instituti invenio ullam appendicem ad lit. apost. Hinc standum sententiâ communi, quod omnino tum necesse sit iterum contrahere coram Parocho & testibus, quia forma Concilii nunquam est servata.

§ 95. §. 5. Docent *Quintanadv. tr. 9. singul. 11. & Gob. tr. 10. n. 632.* posse Mendicantes, ubi privilegium habent dispensandi, id facere extra Sacramentum, etiam cum absentibus, ideoque ait *Gob. n. 604.* si Parochus scribat Confessario Religioso habenti potestatem, *pero, ut dispenset cum Titio in petitione debiti, & Confessarius rescribat, dispenset, si causa subsit, fore satis:* sed *Averf. q. 19. f. 3.* in hoc ultimo contradicit, quamvis cum *Portel & Dian. p. 3. t. 2. R. 14.* admittat posse ab ipso Religioso per Provincialem deputato fieri extra sacramentalem confessionem. Possit autem Episcopos cum taliter impeditis etiam post Matrimonium tantum ratum, & intra primum gradum dispensare ad petendum debitum, habet communissima cum *Averf.* supra contra *Covarr. & alios*, quamvis enim id iure scripto non concedatur, tamen ita habet consuetudo & praxis, quam Pontifices ignorare non possunt.

§ 96. Q. 123. *An aliquis dispensans sine potestate dispensandi aliquando dispenset valide: & quando sciens factus, incurrat aliquam penam Ecclesiasticam.* R. §. 1. Secundum dicta l. 6. p. 1. à n. 112. & hic n. 84. si quis habens titulum coloratum per errorem communem facti putetur habere jurisdictionem & potestatem, quam tamen non habet, & quam

quamvis sciat se eam non habere, attamen Ecclesia supplet, ubi potest, propter utilitatem communem; quod præter AA. ibi citatos egregie deducit *Sperell. decif. 30. & 31. n. 10.*

§. 2. Quamvis graviter peccet, qui sciens se carere potestate, temere dispensat, attamen non inveni pœnam aut censuram à Jure annexam esse isti temeritati. Bulla cœnæ excommunicat quidem usurpantes jurisdictionem Papalem, sed videtur loqui vel de jurisdictione rerum temporalium, vel si eam aliquis sibi vellet attribuere excluso Papâ, aut planè independenter ab illo.

Q. 124. *Quid unversim notandum sit circa causas dispensandi.* R. Ante omnia supponendum est cum *Trid. sess. 25, De ref. c. 18. sicut publicè expedit legi vinculum quandoque relaxare, ita ex causa & cum defectu esse faciendum.* Et generatim de omnibus causis dispensandi, dixi à n. 819. Inter causas autem speciales est *angustia loci*, id est, si in loco originis, vel ut alii volunt, etiam domicilii tui sit defectus personæ non impeditæ, aut æqualis, aut tibi aptæ ad Matrimonium, durum enim est, præsertim fœminæ, deserere locum originis aut stabiliti domicilii, aut cogi ad contrahendum cum impari, vel sibi non apto, uti pluribus explicant *Gob. tr. 9. à n. 644. & Krim. à num. 2071.* notans angustiam loci allegari etiam pro viro. Nec illi causæ obest posse haberi parem in locis vicinis, *Sanch. l. 8. d. 19. n. 13.*

§. 2. Inter causas dispensandi in gradibus consanguinitatis & affinitatis est etiam, si puella sit superadulta, id est, excedens 24. annum, & hactenus non potuerit nec adhuc possit invenire alium sponsum paris conditionis: hinc in his partibus dispensavit aliquis Episcopus, quia

Q 9 4

puella

puella similis erat 32. annorum. Similiter dispensavit Nuntiatura, quia puella sine proco excesserat 24. annum, & si excedat annum 25. recipitur hæc causa etiam in gradibus propinquioribus. In his tamen partibus aliqui plus requirunt, quia puellæ non solent ita mature nubere, nec tantus hic est ardor concupiscentiæ debetque puella non esse vidua.

900. §. 3. Plures causas speciales Romæ admittit solitas pro dispensatione in impedimentis cuiuscunque cognationis, affinitatis, publicæ honestatis, criminis &c. enumerat Pignat. tom. 7. consult. 22. à n. 19. & sunt 1. *ob angustiam loci*, de qua jam dictum. 2. *Propter dotis incompetentiam*, si puella sub conditione, si huic nubat, ab aliquo acceptura sit dotem, quam aliàs non haberet. 3. *Pro indotata*, si hic sponsus, & non alius velit istam indotatam ducere & alere. 4. *Propter eam*, de qua etiam est dictum. 5. *Propter inimicitias*, si per hoc Matrimonium pacandæ sunt inimicitias inter parentes, consanguineos, familias. 6. *Ad componendos lites*, si nempe aliunde ortæ interventu hujus Matrimonii sint componendæ. 7. *Propter heresin*, si istis locis multi heretici sunt, ipsi autem sint catholici, & quia animi non possunt inspici, periculum sit, ne forte nubat alicui non probatæ fidei. 8. *Ad evitanda scandala*, si ex fragilitate se cognoverint, vel ob nimiam familiaritatem de hoc sit sermo vel suspicio vulgi, ita ut si huic non nubat, manifeste sit infamata vel innupta: & ordinariè non dispensatur in forma pauperum, nisi adfuerit hæc causa. Causas propter componendas lites & ob nimiam familiaritatem justas esse ad dispensandum etiam in primo gradu affinitatis iterum probat

probat Pignat. tom. 8. consult. 101. & similes causas pro hoc sufficientes refert etiam consult. 106. Castrop. & Krim. n. 2100. addunt causam, periculum patiendi gravem jacturam bonorum, quæ possidet, vel ad quæ jus possidendi habet; nam causa pietatis est succurrere sic periclitanti. Addit Krim. n. 2102. excellentiam meritorum, quæ majores vel parentes, vel qui pro eis intercedunt, præstiterunt Ecclesiæ. Accedunt apud eundem n. 2103. conservatio alicujus magnæ familiae, vel etiam divitiarum in eadem familia, quia Reip. interest locupletes familias catholicas conservari.

§. 4. Dispensatio obtenta ex falsis causis nihil operatur, secundum dicta l. 1. n. 802. Et idem est, si sit subreptitia vel obreptitia, etiam per errorem alienum, nam non valebit secundum illam partem, in qua deficit, uti pluribus explicatum est l. 1. à n. 806. Quando nam autem, & an omnes causæ finales verificari debeant; item, quid dicendum sit, si in nomine vel diœcesi erretur, si per errorem substituta sit alia causa falsa &c. dixi ibidem à n. 808. Quid in casu subreptionis operetur clausula, *muto proprio*, dixi ibid. n. 814. & n. 812. ibidem dixi posse esse talem parvitatem materiæ in asserto falso, vel non expresso vero, ut non ideo vitietur dispensatio. Quòd si Orator fideliter proposuerit causam suam, quam dispensans bonâ fide putaverit esse sufficientem, si reipsa non sufficiebat, Sanch. l. 8. d. 17. n. 8. *Wiestn.* & *Kerchne* n. 233. absolutè dicunt valere: quod videtur verum, si Papa ipse dispenseret in impedimento, in quo etiam sine causa validè dispensare potest secundum dicenda n. 934. E contra si dispenseretur ex potestate delegata, videtur

detur cum *Pontio & Castrop.* tenendum oppositum ob rationem n. 843. datam.

902. §. 5. Quando una causa non sufficit, possunt plures congeri, quia *singula, quæ non possunt, collecta juvant*, L. *Instrumento*, Cod. De probat. si autem causa finalis in Rescripto allegata non subsistat, quamvis revera adsit alia causa, quæ ceterò suffecisset, si allegata fuisset, executor non potest pergere, uti dicitur n. 986.

903. §. 6. Quando dispensatio est in forma gratiosa, & continet gratiam factam à Papa, sufficit, quando gratia fit, causam verificari, licet postea deficiat, *Pont. Castrop. Tamb. Gob. Wijn. Kerchne* n. 232. Quando autem est in forma commissoria, & tantum committitur gratia facienda in partibus, si repererit omnia esse, quæ requiruntur, necesse est, & sufficit narrata verificari tempore executionis, quamvis temporè datæ non fuissent vera, *Garc. Corrad. Krim.* n. 207. Et universaliter, si causa finalis cesset, antequam dispensatio sit actu applicata, non valet: si autem cesset post factam applicationem, quamvis necdum sit executata, valet, v. g. Caja actu dispensata est ad Matrimonium contrahendum, quando voluit, cum consanguineo ob defectum dotis, si antequam contrahant, Caja accipiat improvisam hæreditatem, valet dispensatio, quia antequam acceptasset hæreditatem, dispensatio habuit primarium effectum suum, nempe sublationem impedimenti, quod semel sublatum causam non habet, cur redeat; *Suar. Salas, S. Rebuff. Mascard. Tiraq. Garc. Regim.* l. 31. c. 27. *Socin.* l. 8. d. 19. n. 28. *Corrad.* in praxi dispens. l. 7. n. 12. n. 27. *Krim.* n. 2136.

904. §. 7. Si legislator sine causa, ideòque illicitè

dispensarit in sua lege, hac dispensatione utens non peccat, quia validè dispensatus est, nec tenetur facere, ut lex prohibens redeat, *Suar. Castrop. Krim. 2067.*

Q. 125. An aliquando sit obligatio petendi aut concedendi dispensationem, v. g. in subdiaconatu pro contrahendo Matrimonio: Casus est hic: Titius illustris prosapia & jam subdiaconus unicum fratrem morte inopinâ amittit, & nisi ipse per Matrimonium conseruet familiam, fiet 1. ut diversa bona prænobilia unâ cum subditis devolvantur ad Principem acatholicum, cum infallibili ruina multorum millium animarum seu in præsentî seu in futuro. 2. Ut ad eundem acatholicum pariter devolvatur dispositio de pluribus Beneficiis ecclesiasticis, quæ vel extinguentur, vel non bene administrabuntur. 3. Ut bona prænobilia, quæ familia Titii exspectat ab agnatis acatholicis, maneat apud acatholicos, adeoque spes certa plurimas animas ad veram fidem suo tempore adducendi, penitus evanescat. His positis & suppositis. *Queritur* 1. an ob causas allatas Titius non teneatur petere dispensationem in ordine ad contrahendum Matrimonium. 2. An Superior, à quo petenda, illam non possit licitè & utiliter concedere. 3. An Superior, si possit, non teneatur illam dispensationem concedere. *R.* ad 1. teneri; probatur ex communi doctrina apud *Valentiam* in 2. 2. d. 3. q. 4. pu. 3. post medium, ubi sic habet: *Quartò dico, si proximus sit in extrema necessitate spirituali, quilibet etiam privatus tenetur cum dispendio vitæ propriæ illi subvenire, si efficaciter possit.* Paulò post: *sed illustrabitur tota hæc doctrina magis, si illam accommodemus ad aliquos casus particulares, explicando præsertim, quando possit judi-*

judicari extrema necessitas spiritualis proximi. Primus casus est, si aliqui seducantur ab heretico concionatore, ita ut illi vincibiliter ignorent veritatem, atque adeo sint in peccato mortali, nec facile pateat alius aditus ad eos recte informandos: tum si ii indocti alioqui sint, qui non videantur per se posse dijudicare veritatem, omnino ceteri debent esse constituti in extrema necessitate spirituali, quare si quis utiliter & efficaciter possit subire illi etiam cum discrimine propriæ vitæ, id tenebitur facere ex charitate. Hucusque Valentia, & eadem habent Bonac. in 1. præcept. Decal. d. 3. q. 3. pu. 4. n. 5. Baldellus tom. 2. l. 2. d. 18. n. 15. Bassius tom. 1. v. Charitas, n. 21. Castrop. tr. 6. d. 1. pu. 9. n. 10. In nostro autem casu plurimi seducuntur à concionatoribus acatholicis, & dato quod vincibiliter, attamen per se non possunt dijudicare veritatem, utpote homines indocti, & nisi sub Dominium catholicum veniant, non facile dabitur aliter aditus ad illos informandos: Similiter illi, qui deficiente hærede catholico veniunt sub potestatem acatholicorum, adducuntur in similem necessitatem, & noster Titius potest, si non omnibus, saltem aliquibus efficaciter subvenire, tuteundo minus incommodum quam discrimen vitæ propriæ, si petita dispensatio ducat & suscite hæredem, ergo tenetur eam petere: Conf. 1. Nam honestum est omittere & deserere statum perfectiorem pro bono spirituali proximi, Baldellus n. 14. citans Suar. & Vaz. quia & hoc ipsum quandoque est debitum; & pater relinquere debet ingressum Religionis, & bene educet proles, filius debet deserere Religionem, ut succurrat parentibus etiam in necessitate corporali, Baldell. ibid. ex S. Th. 2. 2. q. 289. a. 6. ergo multò magis hic pro communi

tanta necessitate spirituali animarum. *Conf. 2.*
 nam Titius teneretur petere dispensationem, si
 ipse per votum castitatis esset in periculo salutis
 propter vim incontinentiæ, v. g. per malum
 habitum causatæ, ergo & nunc propter commu-
 ne periculum salutis alienæ tam manifestum.
Rz. ad 2. Superiorem utiliter & laudabiliter fa-
 cturum, si dispenset, nam si esset periculum so-
 lius Titii propter incontinentiam, laudabiliter
 & utiliter dispensaret, ergo multò magis nunc,
 ubi est necessitas communis. Addunt *Castrop. tr.*
3. d. 6. pu. 8. §. 2. n. 7. & Laym. l. 4. tr. 4. c. 8. n. 5.
 cum communi, convenire legislatori, ut omni-
 um necessitatibus subveniat, ergo multò magis,
 cum hic sit utilitas publica magna, urgensque
 necessitas spiritualis, argum. c. 1. De voto, *Sor. De*
just. q. 7. a. 3. Suar. De voto, c. 17. Sanchez. in conf.
l. 4. c. 45. Laym. supra, Castrop. n. 9. Rz. ad 3. Superiorem teneri hinc dispensare, ut colligitur par-
 tim ex hinc dictis *ad 1.* partim ex dictis *l. 3. p. 1. à*
n. 538. ubi dixi Superiorem aliquando teneri
 dispensare; & id etiam tenet *Sperell. decis. 111. à*
n. 5. Neque in tali circumstantia est periculum
 ullius scandali occasione talis dispensationis o-
 ritur, sed orietur potius ex denegatione, si nempe
 Ecclesia plaris faceret observationem unius
 voti particularis personæ, quam salutem æter-
 nam tot animarum sibi à Christo commissarum.

Q. 126. Quid notandum circa causam dispensandi 906.
in Subdiaconatu, propter periculum incontinentiæ. Rz.
§. 1. Huic malo frequenter occurri posset saltem
 antecedenter; nam vel factus est incontinens
 post susceptum Subdiaconatum, vel ante illum
 fuit incontinens. Si post, erit culpa ejus propter
 abun-

abundantiam cibi & potus, conversationes periculosas, inordinatam vitam &c. & per quas causas nata est incontinentia, per oppositas, si nimium inuenerata non sit, communiter potest corrigi, ac recuperari continentia, ad quod facere animo tentandum tenetur, licet subeunda sit non levis molestia & pugna contra carnem. Si ante Subdiaconatum fuerit incontinens, parentes plerumque habent culpam, qui ob fines humanos & bonum temporale familiarum hos vel illos è filiis destinant & metu reverentiali adducunt ad statum ecclesiasticum, parum solliciti, si ne hæc eorum vocatio necne; interim adolescentes non audent reluctari aut prætere, quod sæpe advertunt, periculum incontinentiæ, sed pergunt, uti sibi fingunt, bonâ fide, etiam tracti commoditate pinguis præbendæ, ac cogitantes Deum vel tempus de reliquo profurum: unde providè sapienterque faceret Ecclesia, si adolescentes, maximè Nobiles, non admitteret ad Subdiaconatum, nisi præviâ oculo duanâ recollectione, in qua considerarent statum animæ suæ, inclinationes & habitus tum bonos tum malos, ac seriò perpenderent, ac coram Deo & in conscientia sua judicarent se in statu ecclesiastico facilius salvandos, quam in alio: ac ad eum finem certa media vitæ bene instituendæ sibi præfinirent: hæc recollectio ferviret etiam ad expianda peccata vitæ præteritæ, maximè cum jam cogitent statum novum inire, in quo peccata, quæ contra castitatem committuntur, habent distinctam speciem sacrilegii.

907. §. 2. Potest hæc causa esse justa, tum ut evitentur publica scandala alioqui probabiliter secutura, tum ut consulatur saluti hujus animæ alioqui

alioqui forsan contempturæ, si in profundum venerit, vel tandem agendæ in desperationem: hinc ad prudens arbitrium Superioris pertinet considerare circumstantias.

Q. 127. *Quomodo petenda Romæ dispensatio, § 908.*
quæ in supplica sit exprimendum. R. Præter illa, quæ ex *Busenb. retuli l. 1. n. 796.*, tumque etiam ibi addidi à n. 797. addenda sunt hæc seqq.

§. 1. Quando impedimentum est occultum, scribitur ad *S. Pœnitentiarum*, potestque scribi à quocunque & in quacunque lingua, neque hæc opus est ullis sumptibus: In supplica autem exponitur casus, circumstantiæ debitæ & causæ, item nomen illius, ad quem remitti debet Rescriptum, & civitas, ad quam debet dirigi, uti hæbet sequens instructio:

Instructio Parochorum, & Confessariorum pro casibus quorum absolutio, seu dispensatio à Sacra Pœnitentia Apostolica impetratur.

Cum sæpe sit experientia compertum, plurimos utriusque sexus Christi fideles, & precipuè in longinquis degentes, censurarum vinculis, votorum obligationibus, Matrimoniorum impedimentis, necnon irregularitatum, & casuum quoquo modo reservatorum ligaminibus astrictos ad Sanctam Sedem, ejusque Sacram Pœnitentiarum spectantibus irretitos, in illis lachrymosè persistere, & continuis conscientiæ agitationibus laboriosè perdurare, cuius mali causas ex similibus provenire innotuit.

Primò, eò quòd Parochi vel alii, ad quos hujusmodi Pœnitentes recurrere contingit, in Pagis aut locis ruralibus degunt, & viam modumque recurrenti ad præfatam Sacram Pœnitentiarum

tiariam ignorant, nec aliquem hinc Romæ agnos-
cunt, ad quem supplicationes dirigant, unde
Pœnitentes perplexos dimittunt, quibus, cum
ad Ordinarium accedendi (fœminis præsertim)
verecundia, aut timor aditum intercludat, con-
siliū ulterius requirere nescientes, remedium
desperant, & in prædictis vinculis, obligatio-
nibus, impedimentis, inhabilitatibus, & casibus
reservatis, cum periculo damnationis infortu-
cunt.

Secundò evenit, quòd pœnitentes egenæ
cognitionem pro sollicitatione, & labore Aggre-
gatum Romæ commorantium, exolvere non vo-
lentes, inconsolati, ac conscientia motibus con-
cussi, in periculoso statu manere coguntur, &
fortè (quod pejus est) sibi persuadent, Sacra
Pœnitentiariæ Tribunal aliquid lucri pro litte-
ris prædictis recipere, cum re verâ Sacrae Pœni-
tentiariæ Ministri, nec aliquid quamvis mini-
mum, nec etiam sponte oblatum unquam reci-
pian, & gratis omnia exhibentes, singulos ad
se recurrentes, serenâ fronte complectantur.

Tertiò accidit etiam nonnunquam per in-
vertentiam exponentium, ut gratiæ juxta expo-
sita obtentæ, irritæ evadant, eò quia casus, &
circumstantias necessarias reticeant, unde fit
quòd litterarum executores, casu postea Pœni-
tentium examinato, rem aliter se habere, quam
expressum fuerat, comperiant, & gratias sub-
reptitias, aut obreptitias esse inveniunt, quare
pœnitentes confusi remanent, & spe novæ di-
spensationis se carere putantes, in prædictis vin-
culis, obligationibus &c. miserabiliter remanent.

Quare gratum Deo, & utile fidelibus futurum

esse speratur, si iste modus recurring ad ipsam Sacram Pœnitentiariam proponatur.

Confessores itaque, cum Pœnitentes vinculis præfatis irretitos ad se accedere contigerit, casuum qualitates, & præfatorum casuum circumstantias considerent, causasque dispensationum, aut commutationum exprimant, & caveant, ne quod occultum est, publicum faciant, præsertim impedimenta occulta Matrimoniorum, nam publica, vel ad publicum redacta, non pertinent ad Sacram Pœnitentiariam.

Et sic præfati Confessores, seu Pœnitentes poterunt casus præfatos cum dictis circumstantiis, & causis exponere, sive latino, sive quocumque alio idiomate propriæ regionis, nam Sacra Pœnitentiaria suos ex quacumque regione Pœnitentiariorum subordinatos habet, & exprimant insuper in fine expositionis casus, nomen, cognomen, cui sit à sacra Pœnitentiaria rescribendum, etiam si ipsum nomen, & cognomen sit fictitium. Itemque modum, per quem responsio secura dirigi possit, significando scilicet, vulgari nomine, oppidum, seu Civitatem, & Regionem, cum data mensis, & anni in hunc modum.

Intus incipiant Epistolam, seu supplicationem sic:

Eminentissime, & Reverendissime Domine,

N. Mulier emisit votum simplex castitatis, manet in periculo incontinentiæ, nisi nubat, supplicat sibi votum commutari ad effectum contrahendi Matrimonium.

Terminet Epistolam, seu supplicationem sic.

Dignetur Eminentia vestra rescribere ad N.

N. & exprimant nomen & cognomen, cui est rescribendum: Ad civitatem N. exprimendo nomen civitatis: Per Oppidum N. exprimendo

Tom. VIII.

Rr

vulgari

lor.
di
oix
VII

vulgari nomine, nomen Oppidi. Et dirigatur Breve, seu gratiam simplici Confessario, seu Confessario Magistro in Theologia, sive doctorum Doctore, sive Parocho, cui Pœnitens aperuit suam conscientiam, ne ipse Pœnitens, & præsertim fœminæ cogantur circumire pro executione gratiæ sacre Pœnitentiariæ.

Dirigant Epistolam seu supplicationem scribendo extra, seu à foris in hunc modum.

Eminentissimo & Reverendissimo Domino, Domino Cardinali Majori Pœnitentiariorum,

Roman.

Et si tradaverit responsio, Confessarii resistant, ne fortè sit deperdita, & nunquam depererent Pœnitentes.

Consultum autem est, ut Romæ sit aliquis qui dispensationem sollicitet, nam multitudine rerum moram causat, aut etiam quandoque oblivionem parit. Plura de Rescriptis à Pœnitentiaria addam à n. 951.

910. §. 2. Quando impedimentum est notorium & publicum, scribi debet ad Datariam seu Cancellariam, in qua dispensat Papa pro notoriis, pro foro etiam externo: servantur autem formæ eadem, quæ jam dicta sunt de litteris ad Pœnitentiariam, sed scribi debet ad aliquem alium qui Romæ tradat supplicam, urgeatque Rescriptum, & huc remittat. Scribitur autem etiam ad Datariam pro secundo gradu consanguinitatis, quamvis occulto, & in consanguinitate pro Matrimonio contrahendo, uti dicitur n. 909. Ubique autem petitur dispensatio pro Matrimonio contracto, semper exprimendum est an sit contractum servatâ formâ *Trid.*, in fac
Eccle
mat
§.
tiani
falsu
rum
mot
806.
tiam
ctat
tud
n. 2
mur
bio,
caus
dum
tant
aliqu
211
quia
prin
fante
mar
ejus
§.
subst
spen
Idem
ceda
pres
n. 50
§.
in se
affin
tio e

Ecclesiæ, five præmissis vel dispensatis proclamationibus.

§. 3. In genere hic supponendum tum vitiari dispensationem, si per obreptionem narretur falsum, vel per subreptionem taceatur verum, quorum alterutrum spectet ad causam finalem seu motivam dispensantis, secundum dicta l. 1. n. 806. Quod verum est, licet hoc per ignorantiam vel errorem factum sit, in istis enim spectat ad formam actus, ut Jus, stylus & consuetudo servata sint, uti pluribus explicat *Krim.* à n. 2109. Notavi etiam l. 1. n. 805. cum communi, quam etiam tenet *Krim.* à n. 2114. in dubio, an aliquid additum vel omissum spectet ad causam finalem, an ad impulsivam, præsumendum esse potius, quod spectet ad impulsivam tantum. Quod si causa finalis desinat secundum aliquam partem suam, *Sanch.* & *Krim.* n. 2116. putant non ideo cadere dispensationem, quia minus requiritur, ut permaneat, quam ut primò detur; sicuti secundum *Tiraq.* tract. *Cessante causâ cessat effectus*, limit. 17. n. 1. & 103. lex manet, quamvis aliqua, dummodo non tota ejus causa finalis cesserit.

§. 4. Si illud, quod certum est & pertinet ad substantiam, ponatur sub dubio, vitiatur dispensatio, *Suar. Sanch.* l. 8. d. 21. n. 40. *Gob.* n. 683. Idem est, si non exprimat, quod dispensatio cedat in præjudicium 3^{ti}, quia dispensans non præsumitur huic 3^{ti} velle præjudicare, *Sanch.* n. 50. *Krim.* n. 2117.

§. 5. Impedimentum exprimi debet, quale in se est, & non unum pro altero, hinc si habens affinitatem scribat consanguinitatem, dispensatio est nulla, licet consanguinitas sit plus quam

Rr 2

affi-

affinitas : quia non dispensatur in consanguinitate, quam non habet, nec in affinitate, pro qua non peritur, *Sanch. Pont. Avers. q. 19. l. 5.* Si tamen unum includat alterum, dispensans in includente, dispensat in incluso; hinc si sit publica honestas ex Matrimonio rato, & scribatur affinitas ex Matrimonio consummato, aut si sit affinitas ex copula licita, pro qua dispensatur, tacendo de publica honestate, valet, quia hæc affinitas includit illam publicam honestatem; at tamen non valeret, si ex copula fornicaria esset affinitas, quia hæc non includit, nec supponit publicam honestatem, *Sanch. Dian. Avers. Pignat. tom. 4. consult. 15.*

914. §. 6. Si petatur dispensatio in consanguinitate, exprimi debent hæc: an impedimentum sit occultum, an pro contracto vel contrahendo Matrimonio, in quo gradu sit, in qua linea, an in recta vel transversa, uti habent *Sanch. Bonac. Esch. Gob. tr. 9. n. 622. Krim. n. 2141.* contra *Pontium & Leandrum*; item exprimi debet, an sequantur scandala, nisi contrahant vel si separentur, & nequeant abstinere à copula, an subsit periculum vitæ vel infamiæ, an impedimentum sit utriusque, an uni tantum parti notum, an alter uterque sit in bonâ fide: atque idem ferè servatur in impedimento affinitatis, item publicæ honestatis ex Matrimonio rato, *Avers. q. 19. l. 5.* §. Quinto. qui §. Sexto, notat contra *Sanch.* exprimendum, an affinitas sit ex linea recta vel transversa, quia major indecentia est, ut quis contrahat cum concubina patris quàm fratris: præterea quia affinitas ex copula conjugali est major quàm ex fornicaria; similiter quia publica honestas ex Matrimonio rato est major, quàm ex

sponsalibus; hinc putat omnes illos modos esse exprimendos.

§. 7. Quando petitur dispensatio in consanguinitate vel affinitate, exprimi debet, an gradus lineæ transversæ sit æqualis, an inæqualis, quamvis enim à remotiore sumatur denominatio gradûs secundùm Cap. fin. De consang. tamen quando petitur hæc dispensatio, consideratur etiam proximior. Putat quidem Gob. tr. 9. n. 620. si gradus proximior esset bonâ fide omisus, valere, sed contradicit Barboza in decisionibus l. 1. voto 3. Pius V. autem in decreto Attendens dato 26. Augusti 1566. videtur solvisse dubium, nam statuit, ut si attingatur gradus primus, exprimi debeat: si hic non attingatur, gradus remotior attendatur trahâtque secum propinquitatem, ac ob id sufficiat remotiorem tantum gradum exprimere, obtentis tamen postea super propinquiori litteris declaratoriis. Putantque Henriq. Cm. Sanch. Pont. Corrad. in praxi dispens. l. 7. c. 7. à n. 59. Rosap. 1. c. 12. n. 33. Krim. n. 2147. has declaratorias tantum requiri pro foro externo & ad vitandum scandalum, adeoque non fore necessarias in impedimento occulto & cessante scandalo: sed rectè monet pro praxi Avers. ne opus sit his declaratoriis omnino expedire, & si petatur à Nuntiatura vel Episcopis necessarium est, ut ab initio in supplica exprimatür etiam gradus proximior saltem si sit secundus, quia in hoc Nuntius & Episcopi dispensare non possunt. Dixi, in consanguinitate vel affinitate, nam de illis solis loquitur Pius V. ideoque docent Corrad. l. 8. c. 7. n. 24. & Krim. n. 2168. in publica honestate satis esse exprimere gradum remotiorem. His omnibus non obstantibus, docet De Justis l. 2. c. 3.

lor.
di
oix
VII

n. 40. ex stylo jam introducto & declaratione Pontificis dispensationem etiam Romæ obtentam fore hodie invalidam, si gradus proximior non fuerit expressus, unde in praxi hoc observandum est. Docent etiam *Sor. Mol. Sanch. l. 8. d. 24. n. 12. De Justis l. 1. c. 4. n. 121.* si foemina maximè, sit proximior stipiti, debere exprimi, ob maximam indecentiam: si v. g. amita vel matertera, quæ Jure naturæ superior est, in Matrimonio subsit quasi nepoti suo: id tamen non requirunt in affinitate *Sanch. Fill. De Justis n. 153.* quia tum abest illa indecentia.

916. §. 8. Si scribatur 4. gradus pro 3. non valet dispensatio, quia pro majore gradu difficilius est dispensatio & requiritur major causa & imponitur major compensatio. Si verò scribatur 3. gradus pro 4. *Corr. l. 7. c. 5. n. 95.* adhuc dicit non valere, quia Papa sæpe pro diversis gradibus committit diversam expediendam dispensationem: è contrà valere docent *Ledesm. Gut. Manuel. Vega, Fill. Bonac. Sanch. l. 8. d. 24. n. 17. Sperell. decis. 112. n. 16. Averf. q. 19. f. 5. Perez d. 46. l. 5. n. 10. Gob. n. 622. Krim. n. 214.* & probabile dicit *Tamb. tr. 2. c. 10. §. 2.* quia qui dispensat pro 3. censetur dispensare pro 4. ejusdem generis, qui includitur: & quamvis Papa committat expeditionem aliquando diversis, tamen dum vult tolli gradum 3tium, etiam vult tolli 4tum inclusum.

917. §. 9. Pro dispensatione cognationis spiritualis expedit exprimere, à quo tempore fit contracta: Et exprimi debere, an sit ex Baptismo, an ex Confirmatione, docent *Fill. Wiefn. Kerch. n. 239. Krim. n. 2132.* (quamvis alii cum *Sanch. l. 8. c. 24. n. 51. Tamb. Gob. tr. 9. n. 622.* commu-

nius negent hoc esse exprimendum) videtur enim cognatio esse diversa & signo & re significata, quia Baptismus est velut generatio, quod non est Confirmatio. Etiam exprimendum est, an sit respectu prolis spiritualis dispensandum, vel an respectu parentis ejus, an plerisque ignotum sit hoc inter illos impedimentum, an & qualia damna immineant non contrahendo. Item exprimendum, an sit simplex, an duplex compaternitas, uti si Titius prolem Cajæ, & Cajæ Titii levasset.

§. 10. Pro dispensatione impedimenti criminis exponendum est, an sit ex machinatione vel adulterio, vel ex utroque, *Avers. q. 19. f. 5.* A quo tempore sit contractum, quomodo sit occultum, an & quanta secutura sint scandala ex separatione, vel si non contrahatur Matrimonium, an uterque, an alter tantum sit machinatus. Si idem crimen sit sæpius repetitum, docent *Côn. Sanch. l. 8. d. 22. Avers. q. 19. f. 6.* exprimendum esse, quia tum difficilius est Pontifex, sed *Krim. n. 2154.* dicit, hoc ex natura rei non requiri, nam antehac similiter deliquisse, & dispensatum esse est circumstantia de se impertinens: Quod si aliud habeat stylus Curia, videndum est, an sit probatus, constans, & notorius, sæpe enim varius est, & tum signum est non ideo causari invaliditatem, quandoque enim præscribit talem usum, sed non ideo irritat contrarium. Videri potest *Krim. à n. 1169. 2099. 2119.* Quamvis autem hoc non requiratur ex natura rei, tamen notat *Corrad. l. 8. c. 9. n. 8.* requiri ex obligante stylo Curia.

§. 11. Si adfit multiplex impedimentum ejusdem generis, v. g. si quis carnaliter cognoverit

Rr 4

duas

lor.
dii
oix
VIII

duas sorores illius, quam vult ducere, si sit cognatus ex parte patris & matris, si levavit ex fonte Baptismi duos filios Titiae, quam jam vult ducere, &c. docent *Henriq. Ledesm. Rodriq. Vega*, non esse opus utrumque exprimere, sicuti qui per plures actus ejusdem rationis incurrit irregularitatem, non teneretur exprimere, nisi unum actum, & hanc sententiam *Lugo*, in resp. mor. l. 1. dub. 43. dicit esse probabiliorem, favetque *Krim. n. 2144*. Rationem à priori dant, quia videtur esse unum numero impedimentum, sicuti si quis eum eadem consanguinea plures habuisset copulas, esset unicum impedimentum, si quis cum excommunicatione sapius celebrasset, incurrit irregularitatem, si quis peccasset contra votum sapius renovatum, commisisset unicum sacrilegium, nec teneretur pluralitatem exprimere. Contradiciunt alii communius, *Sanct. Pont. Perez d. 46. f. 5. Dicast. Tambur. Avers. q. 19. f. 5. Wiestn. Kerc. n. 238*. quia Rota semper decidit oppositum, uti refert *Corden. in 2. crisi diss. 2. n. 624*. dicens sententiam primam non esse practicè probabilem, ideòque etiam dicunt *Bonac. & alii* eum, qui per duplex homicidium incurrit irregularitatem, debere hoc exprimere, ergo multò magis, qui duplex ejusdem rationis haberet impedimentum, & hoc magis confirmabitur ex dicendis l. 7. à n. 87. ideòque non videtur audiendus *Gob. tr. 9. n. 619*. Item in *Quinario tr. 5. c. 37. n. 240*. dicens, non esse scrupulum movendum, si expressio duplicis illius impedimenti bonâ fide esset omissa: immo si antehac dispensatus in crimine iterum committat idem, uti si machinatus sit primæ & secundæ uxori, Auctores n. 918. citati communiter

dicunt debere id exprimi : attamen id non est opus, si quis aliam uxorem ducturus debeat dispensari in eodem alio impedimento, in quo antea fuerat dispensatus, uti habet communior.

§. 12. Si inter aliquos sint plura impedimenta & diversa, putant *Nav. Henriq. Salas, Sa,* & probabile esse dicunt *Sanch. l. 8. d. 23. n. 1. Dian. p. 1. tr. 10. R. 30. Lug. Resp. mor. l. 1. d. 43. n. 2.* validam fore dispensationem, quamvis in diversis supplicis petatur singulorum dispensatio, & non exprimatur, quod sint conjuncta in eadem persona, quia non ideo postulatio redditur fraudulenta vel subreptitia, & singula illa impedimenta sunt per se & sigillatim capacia dispensationis. Contradicunt probabilius *Ledesm. Lop. Suar. Laym. Sanch. Pont. Dian. Gob. tr. 9. n. 624. Wiestn. Kerc. n. 238.* & alii, quia plura ejusmodi impedimenta afferunt in eadem persona majorem indecentiam, & merito reddunt difficiliorem dispensationem; Papa enim sæpe non dispensaret, si sciret tot in eadem persona concurrere, adeoque videtur ex errore dispensare in singulis. Et huc facit communis doctrina AA. apud *Sperell. decis. 112. à n. 36.* dispensationem non comprehendere casum mixtum; ideoque Episcopum, qui dispensare potest & in adulterio, & in incestu, non idem posse, si utrumque crimen in uno jungatur: sed de hoc videri potest *Sanch. l. 8. d. 2. à n. 27.* Notant autem multi cum *Aversf. q. 19. f. 5.* si aliquod ex his impedimentis esset occultum nec posset absque infamia publicari, valere dispensationem unius publicè obtentam, dummodo in supplica pro altero occulto fiat mentio istius alterius dispensati vel dispensandi, quia non videtur consentaneum pietati Papæ ob-

or.
di
oix
VII

ligare ad se & proximum in isto altero iterum publicè diffamandum, cum de illo conjunctim alibi fiat mentio. Speciatim autem notant plerique impedimentum impediens voti alicujus posse separatim proponi, cum per accidens se habeat ad impedimenta dirimentia, & aliquando possit ab Episcopo vel parentibus tolli.

921. §. 13. Si impetrasti dispensationem pro ducenda Titia cognata, eâ autem mortuâ petas dispensationem pro ducenda Caja etiam cognata tua, non est opus fieri mentionem dispensationis prioris: si tamen Titia vivente peteres dispensationem ad contrahendum cum Caja, *Tombar. Perez d. 46. f. 3. n. 6. Gob. tr. 9. n. 617.* dicunt contra *Sanch.* fieri debere mentionem prioris, quia Papa ægerrimè bis dispensat cum eodem in ejusmodi casu.

922. §. 14. Si cognovisti consanguineam vel affinem tuam in gradu dirimente, posteaque volens contrahere cum ea petas dispensationem, sed non exprimas intervenisse copulam, *Nar. Gutt. Ledesm. Rebel. Laym. Ricc. Corrad. Regim. Sanch. l. 8. d. 25. nu. 8.* valde probabiliter dicunt dispensationem esse irritam, quia hic est stylus curiæ, unde in aphorismis *Sa. v. Dispensatio*, cum contrarium docuisset, id correctum est, & additur Cardinales contrarium declarasse, quod etiam testatur *Galle. ad Trid. sess. 24. c. 5. n. 1. & 8.* Oppositum tamen tenent alii cum *Heurq. Salas, Vega, Rodrig. Dian. Pontio, Hurr. Krim. n. 106. Perez d. 26. f. 6. n. 4. Averf. q. 19. f. 6.* qui vocat in praxi tutum, tum quia si hoc expressum fuisset, dispensatio fuisset facilius, tum quia contrarius stylus curiæ non videtur obligare extra Curiam, nisi confirmetur aliquo decreto Papæ, quod

quod hic non est : & hanc secundam sententiam vocant probabilem *Sanch. & Less.* in auct. v. *Matr. cas. 8.* addens cum *Hurt. & Perez*, si in dispensatione ponatur, dispensetur, nisi intervenerit copula, si hæc sit occulta, adhuc probabiliter valere dispensationem; sed meritò in hoc contradicit *Sanch.* ob expressam illam conditionem : *Avers.* tamen & alii putant, si dispensatio obtenta sit pro foro externo, copulam occultam non obstare, quia cum Rescriptum loquatur pro foro externo, clausula intelligitur, nisi intervenerit copula pro foro externo, id est, publicè nota. *De Justis l. 1. c. 4. à n. 279.* dicit, si adsit & allegata sit alia justa causa pro dispensatione, non esse opus exprimere copulam intervenisse, quia si decem causæ adsint, satis est allegasse unam sufficientem.

§. 15. Si affinitas provenerit ex illicita copula, stylus Curiaë habet, quod hoc exprimi debeat, uti testantur *Corrad. l. 7. c. 1. n. 13. & Krim. n. 123.* & alii. Imò quando in Curia fit mentio affinitatis, semper intelligitur ex copula licita, *De Justis, Krim. n. 2172.*

§. 16. Si Matrimonium cum scientia impedimenti, vel præmissâ copulâ sit initum, ex intentione facilitandi dispensationem, & hoc non exprimitur, dispensatio est irrita, *Sanch. l. 8. d. 25. n. 38. Less. in auct. v. Matr. cas. 8. Dian. p. 8. t. 3. R. 82.* Si tamen unus sponzorum ignorasset impedimentum, aut non habuisset eam intentionem; aut saltem uterque externè non manifestasset, *Avers. q. 19. f. 6.* & alii multi contra multos alios apud *Gob. n. 625.* dicunt non necessariò esse exprimendum, quia innocens puniri non debet ratione nocentis, & merè interna non sub-

lor.
dii
oix
VIII

subduntur humanæ dispositioni : quidquid sit de hoc, saltem scribere non possunt se bonâ fide contraxisse, quod alioqui faciliat dispensationem, quia saltem unus malâ fide processit.

925. §. 17. Si copula fiat post impetratam dispensationem, ejusque executionem commissam Ordinario, non vitiari Rescriptum docent *N. Gob. n. 630.* quod *Less.* vocat probabile : *Sanch.* dicit oppositum esse probabilius ob stylium Curie semper resolventis contrarium : attamen *Corrad. l. 8. c. 1. à n. 43. & Krim. n. 1139.* tenent cum *N.* quia jam per dispensationem sublata erat prohibitio, adeoque æquivalenter cessaverat consanguinitas aut affinitas. Vide tamen dicendum. 990.

926. §. 18. Si scienter contraxerint in gradu prohibito, aut ignoranter quidem, sed neglectis proclamationibus, & hoc non exprimat. item si non exprimat, quod Matrimonium licet contractum sit consummatum, dispensatio est irrita, ut colligitur ex *Trid. sess. 24. c. 5. De Res. Matr. cujus verba retuli n. 498.* Quid dicendum sit, si unus sponzorum ignorârit impedimentum, colligitur ex *Trid. ibid. & ex dictis hic n. 924.* Notandum autem est hic, quod *Trid.* dicit, *intra gradus prohibitos*, nempe consanguinitatis vel affinitatis, non autem in alio impedimento, nequidem publicæ honestatis. Vide dicta n. 502.

927. §. 19. Si clandestinè cum impedimento contractum, etiam neglectis proclamationibus, putant *Henriq. & Sanch. l. 8. d. 25. n. 34.* id non necessariò esse exprimendum, quia ibi deficit forma substantialis Matrimonii : sed probabilis contradicit *Avers. q. 19. l. 6.* quia *Trid.* non dicit

dicit proclamationibus, sed solemnitatibus neglectis, quarum præcipua est assistentia Pærochi & testimonium. Nec obstat, deficere formam substantialem Matrimonii, nam hoc semper est, si scienter contrahatur cum impedimento dirimente, & tamen id debet exprimi.

§. 20. Quando petitur dispensatio ob paupertatem, quomodo hæc probanda sit dixi n. 861. Formula autem petendi dispensationem potest v. g. sic formari:

Beatissime Pater,

Exponitur humiliter Sanctitati Vestræ pro parte devotorum oratorum (ponuntur nomina dispensandorum, diœceses originis) quod dicti oratores (ponitur causa dispensationis obtinendæ v. g. patiuntur loci angustiam, & in oppido N. non inveniunt non impedimentum parvis conditionis &c.) & ideo cupiunt matrimonialiter copulari, sed quia (ponitur impedimentum v. g. quia 2do gradu affinitatis conjuncti sunt) & desiderium suum hac in parte absque Sedis Apostolicæ dispensatione adimplere non possunt, supplicat sanctitati Vestræ, quatenus cum eisdem super dicto impedimento (affinitatis in 2do gradu) benignè dispensare dignetur.

§. 21. Expediit per Nuntiaturam sollicitare dispensationes, quia hujus litteræ certius diriguntur, supplicæ per Agentes proprios Romæ citius & efficacius proponuntur, expeditiones obtinentur minore sumptu. Notandum est autem, quod mortuo Papa obtineri non possint Romæ dispensationes matrimoniales, nam annulus piscatoris, sive sigillū Pontificis frangitur.

Q. 128. Quæ ordinariè solvenda sint Romæ, vel in Nuntiatura. R. §. 1. Taxæ Jurium solvendorum ordinariæ dicuntur Tariffæ, quas quoad Pen-

tentia-

or.
di
oix
VII

penitentiam regulavit Pius V. uti refert Pignat. T. 7. c. 22. n. 18. Quantitas autem Jurium istorum variat secundum tempora & circumstantias tum personarum, tum etiam causarum, quæ allegantur. Et justè exigi talia Jura certum est, saltem in multam seu pœnam, ut tales impediri abstineant, si nolint talem pœnam pendere, et, quæ ad deterrendum, ne nimio abusu vilescant antiqui Canones improbant Matrimonia cum tali impedimento ineunda. Impenduntur autem illa, quæ exiguntur ad finem bonum & necessarium, tum ut alantur Officiales Curie Romanæ, tum ut aliis publicis necessitatibus provideatur.

931. §. 2. Circa ista omnia pono hæc informationes, prout mihi communicatæ sunt, quamvis sciam ob variationem circumstantiarum non semper eodem modo observari: saltem serventur hæc ad aliqualem directionem, etiam pro aliis rebus præter matrimoniales.

Informatio de iis, quæ frequentius Romæ peti solent.

De Indulgentiis Plenariis.

Nota 1. Regulariter cuius ecclesiæ, vel cellæ quæ non sit Regularium, unica tantum conceditur Indulgentia per annū ad septennium durans: pro ecclesiis tamen Cathedralibus, Collegiatis, ac etiam Parochialibus possunt per memoriale à Pontifice impetrari binæ ad septennium.

2. Cuius ecclesiæ sive Regularium sive non Regularium dantur ad septennium Indulgentiæ pro comprecatione 40. horarum, & pro visitationibus 7. Altaria, & quidem sine memorialibus.

3. Pro ecclesiis Regularium, quæ habent se

dulgentias Ordinis , potest ad septennium per memoriale impetrari unica tantum Indulgentia alia.

4. Pro unica vice , vel etiam pro Communionem generali ad semel datur per memoriale Indulgentia cuius ecclesie tam Regularium , quam non Regularium.

5. Sine memoriali cuiuslibet ecclesie datur Indulgentia 100. dierum pro iis , qui interfunt Litanis Lauretanis in festis B. M. V. & semel in hebdomada.

6. Si sit aliquis locus , qui ob miraculosam quandam statum vel imaginem à fidelibus soleat processionaliter frequentari; potest quidem , præter solitas Indulgentias , per memoriale impetrari una alia ad septennium pro visitantibus dictum locum semel in anno , sed debet mitti attestatio ab Ordinario vel ejus Vicario , vi cuius fides fiat , quod revera locus talis sit.

7. Pro Monialibus dantur sequentes Indulgentie Ordinariè ad septennium. Indulgentia una pro omnibus Christi fidelibus. Indulgentia quatuor pro Monialibus tantum. Indulgentia 7. altarium , si tot adsint. Indulgentia 7. ecclesiarum. Indulgentia scilicet sanctæ. Indulgentia in articulo mortis : & hæ omnes sunt plenarie. Indulgentia 100. dierum , si interfunt Litanis Lauretanis , ut supra. Altare privilegiatum pro animabus Monialium , Fundatorum , Benefactorum.

8. Indulgentie perpetue vix dantur , sicut neque durantes ultra septennium , nisi pro partibus valde remotis , pro quibus dantur ad decennium , vel etiam ultra.

9. Quando agens in Curia Romana procurat aliquod

or.
dii
oix
VIII

aliquod ex præfatis Brevibus sine memoriali, tum pro labore dantur illi 20. Bajoci; si autem debeat facere & porrigere memoriale, superadduntur illi alii 30. Bajoci, ut ita universum fuerit 50. Bajoci.

10. Quando petuntur Indulgentiæ, debent specificari titulus ecclesiæ, maxime si non sit Cathedralis, Collegiata, aut Parochialis: item ecclesia sit Regularium, & qualium, vel non Regularium: item locus Diœcesis, & dies pro qua petuntur Indulgentiæ v. g. sic: Petitur Indulgentia plenaria ad septennium pro ecclesia Parochiali (vel filiali) S. Petri civitatis, pagi N. Diœcesis N. in festo S. Petri. Item Indulgentia 100. dierum pro iis, qui singulis diebus Sabbatis & festis B. M. V. interfunt Litaniis Lauretans recitari aut decantari solitis. Hæ binæ indulgentiæ, quando simul petuntur, inseruntur unidemque Brevi, neque ideo plus solvitur.

De Altaribus Privilegiatis.

Pro omnibus fidelibus Defunctis.

Hoc altare Privilegiatum (intellige ad septennium quia perpetuum vix est impetrabile) conceditur iis ecclesiis tantum in quibus quot die per annum dicuntur 7. Missæ, & quidem præter diem commemorationis omnium fidelium defunctorum, ac infra ejus octavam) pro vigilia in hebdomade: si dicantur Missæ 14. pro duabus: si 21. pro tribus, & sic deinceps, nec tali casu opus est, ut præsentetur Pontifici memoriale, secus verò, si dietim dicantur Missæ tantum 5. aut 4. Ubi Nota, si dicantur 10. aut 11. Missæ, posse per memoriale impetrari Privilegium pro binis diebus: Si 15. aut 14. pro tribus & sic deinceps. Modus autem petendi hoc altare

Privilegiatum est ferè idem, qui suprà adductus est de Indulgentiis, v. g. sic. Petitur altare Privilegiatum ad septennium pro ecclesia Parochiali S. Petri (five fit Regularium five non Regularium) civitatis N. Diœcesis N. & in ea sito altari majore vel Christi Crucifixi pro singulis feriis secundis, vel pro feria una septimanæ ab Ordinario loci specificanda, dicuntur in ea quotidie 7. vel 5. vel 4. Missæ.

De Altaribus Privilegiatis

Pro

Confratribus & Confororibus alicujus Confraternitatis.

Hoc altare Privilegiatum datur etiam, si hebdomadatim unica tantum Missa dicatur, modo dicatur illâ die, cui affixa sunt suffragia determinatione vel Secretariæ Brevium, vel Ordinarii loci. In petitione hujus Brevis exprimi debet titulus Confraternitatis, v. g. sic: Petit altare Privilegiatum ad septennium pro ecclesia S. Petri Parochiali vel filiali (five fit Regularium, five non Regularium) civitatis N. Diœcesis N. & in ea sito altari Confraternitatis B. M. V. sine labe originali conceptæ pro una feria cujusvis septimanæ ad arbitrium Confratrum eligenda de consensu Ordinarii. Diem autem commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, & illius octavam non est opus exprimere, quia jam subintelligitur. Expensæ tam pro isto quam superiore altari Privilegiato sunt prorsus eadem, quæ pro Indulgentiis, quamvis agens pro hujusmodi Brevibus in Secretaria debeat solvere 10. Bajocos, Brevia autem Indulgentiarum dentur gratis.

Tom. VIII.

Ss

De

or.
dii
oix
VIII

Nota 1. Hoc Breve petitur, quando aut jam est erecta, aut primò erigitur aliqua Confraternitas, & virtute illius conceduntur sequentes Indulgentiæ perpetuæ pro Confratribus & Confortoribus. Indulgentia plenaria in die ingressus. In articulo mortis. In festo principali per annum. Indulgentia 7. annorum & 7. quadragesimarum pro 4. aliis festis minùs principalibus per annum. Indulgentia 60. dierum pro omni opere pio ex iis, quæ in Brevis specificantur.

2. Quando petitur hoc Breve, festum principale, & 4. minùs principalia possunt specificari vel non specificari; quando non specificantur, tunc relinquuntur arbitrio ac determinationi Consodalium cum consensu Ordinarii. Modus autem petendi hoc Breve est iste: Petitur Breve pro ecclesia Parochiali vel filiali S. Petri non Regularium (vel Clericorum Regularium) civitatis N. Diocesis N. & in ea erecta sive erigenda Confraternitate B. M. V. sine labe origin. concepta. Festa omnia ad arbitrium Confraternitatis, vel certè Festum principale Conceptio B. M. V. & quatuor minùs principalia, Annunciatio, Nativitas, Purificatio & Assumptio ejusdem.

3. Taxa hujus Brevis cum Agenda sunt 5. Scuta, 2. Bajoci, sed quia semper simul datur altare Privilegiatum per 20. Bajocos, ideo pro utroque solvuntur 5. Scuta, 22. Bajoci.

4. Datur aliud Breve perpetuum pro Confraternitatibus Agoniæ, seu, ut vocant, de bona morte, virtute cujus conceduntur Confratribus duodecies Indulgentiæ plenariæ perpetuæ per annum, hoc est, aut unâ Dominicâ, aut unâ feriâ cujuslibet mensis, id quod in petitione
speci-

specificari debet, sicut etiam an primâ an 2dâ Dominicâ cujusvis mensis, vel an feriâ v. g. 6tâ primâ an 2dâ hebdomadæ in mense. Sed hoc Breve perpetuum, ordinariè datur solùm iis Confraternitatibus, quæ eriguntur in ecclesiis Societatis JESU - seu in quibus ipsi divina peragunt: Cæterùm modus petendi est iste: petitur Breve perpetuum pro ecclesia Clericorum Regularium Soc. JESU civitatis N. diœcesis N. & in ea erecta five erigenda Confraternitate seu Congregatione devotionis D. N. J. C. in Cruce moribundi, ac B. M. V. ejus Genitricis dolorosæ ad bene moriendum, pro semel quovis mense, id est, pro prima feria 6ta vel Dominicâ cujusvis mensis. Hoc Breve datur quidem gratis, pro Agentia tamen, & altari Privilegiato solvitur unum Scutum: vel per aliquos tantùm Imperialis monetæ communis.

De Dispensatione pro Ordinibus per Datariam.

Dispensatio extra tempora & interstitiis datur ob unum ex sequentibus motivis: In solatium parentum senio confectorum, vel utriusque, vel saltem alterius. Ob ætatem 27. annorum inchoatorum. Ob Doctoratum vel etiam Baccalaureatum Theologiæ. Ob arctationem Beneficii actualis. Ob Subdiaconatum vel Diaconatum. Ob nobilitatem, sed hoc casu superaddi debent 2. Scuta, adeoque taxa ascendit ad 6. Scuta, nam alioquin taxa universim cum Agentia sunt 4. Scuta. Hæc dispensatio ex Dataria non nisi spatio 14. dierum haberi potest, si tamen superaddantur officialibus 50. Baccoci, haberi potest intra 8. Modum petendi vide infra.

or.
dii
oix
VII

De dispensatione eadem per Secretariam.

Secretaria Brevium dispensat ex iisdem motivis, ac etiam ex sequentibus duobus: scilicet ob Magisterium in artibus, & eò quòd quis operam navet Theologiæ; potestque dispensatio haberi intra unum diem, sed taxa semper sunt 9. Scuta cum Agentia. *Adverte*, si dispensandus sit oriundus à parte Venetorum seu Italiæ, cum eo non dispensat Dataria sed Secretaria, adeoque semper sunt exponenda 9. Scuta. Modus petendi tam à Dataria quàm à Secretaria est iste: petitur extra tempora, seu dispensatio in interitiis pro N. N. Clerico, seu Scholari diocesis N. à parte Imperii, vel à parte Republicæ N. in solatium patris senio confecti, vel quia jam est Subdiaconus &c. & si sit periculum in mora, addatur, ut petitur à Secretaria Brevium.

De dispensatione in ætate 13. mensum.

Hæc dispensatio datur ob unum ex sequentibus motivis. Ob penuriam Sacerdotum. Ob utilitatem egregiam Ecclesiæ, quæ speratur à dispensando. Ob solatium parentum, saltem alterutrius viventis. Ob arctationem Beneficii actualis. Ob Diaconatum vel Subdiaconatum. Ob Doctoratum Theologiæ vel Philosophiæ, etiam ob studium Theologicum. A quibusdam Pontificibus datur etiam ex eo solùm motivo quòd orator fervore devotionis accensus aspirat ad Sacerdotium. Non dispensatur autem, nisi pro 13. mensibus ad summum, & taxa cum Agentia sunt 11. Scuta an. 1698. debuit unum esse 14. Scuta. an. 1700. alius 18. Imper. & 60. alios, incluso portorio. Modus petendi est iste: petitur dispensatio in ætate 13. mensium pro N. N.

N. N. Diocesis N. in solatium patris senio confecti, vel quia est Magister Philosophiæ &c.

De dispensatione super Irregularitate sive ex delicto sive ex defectu.

Si delictum, v. g. homicidium sit occultum & ad forum contentiosum non deductum, dispensat Pœnitentiaria, sicut etiam in impedimentis dirimentibus occultis, aut Matrimonio contracto supervenientibus, ac in votis simplicibus castitatis & Religionis. Modus petendi est iste: petitur dispensatio super irregularitate contracta alicujus (non exprimitur nomen aut cognomen dispensandi, si delictum sit occultum) Diocesis N. contracta ex voluntario vel involuntario homicidio, quod sic accidit. Et narratur species facti; additurque, quod casus sit occultus. Taxa pro ejusmodi dispensationibus Pœnitentiariæ nulla quidem est, Agentiæ tamen solvi debet, & quidem juxta mensuram laboris & difficultatis. Cæterum pro Agentiæ hujusmodi Brevium Pœnitentiariæ solvuntur ordinariè 50. Bajoci Agenti. Si verò delictum sit publicum, aut irregularitas proveniat ex defectu, v. g. quia dispensandus destituitur aliquo membro corporis, tunc dispensat Dataria, & taxa simul cum Agentiæ sunt 12. Scuta. Si laicus, qui habuit uxorem viduam, petat Ordines, taxa quandoque ascendit ad 185. Scuta.

De dispensatione super Natalibus.

Hæc est pro natis ex toro illegitimo, & datur vel ad suscipiendos Ordines tantum & taxa sunt 7. Scuta, 50. Bajoci: vel Ordines & Beneficia, & taxa sunt 41. Scuta, vel ad Ordines, Beneficia, dignitates ecclesiasticas, exceptâ Prælaturâ, & taxa sunt 50. Scuta. Si verò dispensandus est

Ss 3

filius

or.
di
oix
JUL

filii Presbyteri, debet mitti attestatio Ordinarii vel ejus Vicarii de vita & moribus dispensandi, quâ dicatur, quod filius non sit imitatorus incontinentiam patris; taxa 20. Scutâ ad Ordines tantum. Modus petendi est iste: petitur dispensatio super natalibus ad Ordines tantum, vel ad Ordines & Beneficia simul pro N. N. (exprimatur nomen & cognomen) Diocesis N. nato ex simplici fornicatione, vel adulterio ex parte patris aut matris.

De Dispensationibus matrimonialibus in forma pauperum.

Ut possit obtineri dispensatio ejusmodi, quatuor sunt necessaria, & quidem ita, ut si unum ex sequentibus absit, nihil sperari possit: nam debet inter dispensandos aut intercessisse copula, aut esse tam familiaris conversatio, quæ eos de copula suspectos reddat, aut alia gravis causa adduci. Debet addi, an copula intercesserit ignoranter, an scienter, sive in fraudem, & ad facilius extorquendam dispensationem, quia in hoc 2do casu aut non dispensatur, aut duplum pro pena solvendum. Debet mitti attestatio ab Ordinario, vel ejus Vicario, quod Oratores sint *pauperes ac miserabiles & labore tantum manuum suorum viventes*, qualiter vivunt rustici, plebei, mechanici, opifices. Debet autem mitti arbor consanguinitatis vel affinitatis, aut saltem explicari qualiter dispensandi se attingant. Et si quidem se attingunt in primo gradu tantum, apud quosdam Pontifices non erat speranda dispensatio, sicuti neque in 1. & 2. gradu, lineæ rectæ. Taxæ variæ pro varietate graduum, in quibus Oratores se attingunt, quod nimis longum foret recensere. Denique si Oratores non sint quidem

miserabiles, sed tamen aut mediocri fortuna, aut pauperes, sive non satis habentes pro statu suo, v. g. nobilitate, tum mittitur attestatio Ordinarii, vel Vicarii, in qua exprimentur annui redditus, quos habet Orator, & Oratrix divisim, non conjunctim; & dicit, nobiles aut honestos esse, & dictos redditus vix sufficere ad congruam eorum sustentationem annuam, nam tali casu unius anni redditus acceptare solet Dataria, excepto casu, quo sponsi se attingerent in 2. & 3. gradu: acceptat autem in 2. & 3. solo ac etiam in aliis gradibus sive conjunctis, sive divisim, modò non concurrat 2. & 3.

De Oratoriis.

Oratoria sunt quadruplicia: 1. pro rure tantum, sive pro locis seu habitationibus extra urbem, aut oppidum sitis: Et hoc datur etiam personis iis, quæ non sunt nobiles, & nullam exercent jurisdictionem temporalem in aliquo dominio: Modus petendi est iste. Petitur Oratorium pro N. N. Diœcesis N. vigore cujus ipse, moderna conjux ipsius N. cum prolibus & familia possit curare celebrari Missam cum solitis clausulis & exceptionibus in domo suæ habitationis rure extra urbem N. &c. Taxa 12. scuta. 2. Pro Civitate & omnibus omnino locis, sive ea sint oppida, sive villæ, sive dominia; Et hoc datur personis tantum nobilibus exercentibus jurisdictionem temporalem altam vel bassam in aliquo loco, qui specificari debet. Datur autem hoc Oratorium cum sequentibus restrictionibus: 1. ut valeat tantum pro civitate & locis unius Diœcesis; unde si quis velit erigere Capellam in loco alterius Diœcesis, debet petere aliud Oratorium pro illa Diœcesi. 2. ut quotidie tantum

or.
dii
oix
VIIII

tum una Missa dicatur, per quod tamen non prohibentur celebrare ii Religiosi, qui Privilegium habent personale celebrandi, ubicumque commoditatem nacti fuerint. 3. ut locus sit muratus, decenter à domesticis aliis usibus separatur: & prius visitetur, ab Ordinario, vel ejus Vicario. 4. ut in festis solennioribus anni isthuc Missa non habeatur. 5. ut famuli & famulae illo tempore ad servitia non necessarii diebus festis & dominicis eant ad ecclesiam publicam; Filii autem & famuli necessarii ac ruri etiam hospites nobiles possunt dictis diebus interesse Missae privatae cum Domino & Domina, satisfaciuntque præcepto Ecclesiae. Modus petendi hoc Oratorium est iste: Petitur Oratorium pro N. N. S. Rom. Imperii Comite &c. ejus moderna conjugum N. pro libris familia, & hospitibus, pro civitate N. & loco N. Diocesis N. in quo jurisdictionem temporalem exercent. Si quis addere velit etiam alia dominia, quæ fortè quis habet, potest, quia etiam illa inferentur Oratorio, necesse tamen non est, quia in fine semper additur, *aliquæ locis ejusdem Diocesis*; Qui autem omnia dicit, nihil excipit; expedit tamen, ut quis addat dominia, quæ habet in alia Diocesi, quia subinde impetratur insertio, si non omnium, saltem unius vel alterius ad idem Oratorium seu Brevi, & quidem cum eadem taxa 1. scutorum; 3. Pro infirmis nobiles (sive jurisdictionem temporalem exercent, sive non) quod convenit omnibus cum Oratorio 2di generis, præterquam quòd valeat tantum pro eo tempore, quo Orator ob infirmitatem domo ad Missam attendendam egredi nequit, quamvis alias nulli anni dies etiam sollemnissima excipiantur. Deinde

diebus Dominicis & Festis restringitur ad unam tantum personam usibus necessariam; alia verò debent audire Missam in publica ecclesia, ut satisfaciant præcepto. Si conjux etiam sit infirma, nominetur & ipsa, quia impetrabitur unum Breve pro utroque; impetrari etiam potest pro patre & filio vel filia, item pro matre & filia vel filio, ac etiam pro fratre & sorore infirmis, si simul habitent. Taxa quæ supra. Modus petendi est iste: Petitur Oratorium pro NN. & ejusdem conjuge N. nobilibus Diocesis N. laborantibus quibusdam infirmitatibus, propter quas domo Missam audiendi (si est Sacerdos, dicitur celebrandi) causâ egredi non possunt, pro civitate N. & tota Diocesi N. 4. pro itinerantibus, & vocatur altare portatile, quod datur cum sequentibus clausulis. 1. ut persona sit nobilis sive jurisdictionem temporalem exerceat sive non 2. ut valeat tantum, v. g. per Italiam, vel Germaniam, vel Hispaniam &c. 3. ut valeat tantum in actuali itinere, & quidem ubi Missarum commoditas deest; Cæterum ejusmodi Missæ interesse possunt validè omnes comites itineris. Taxa, quæ supra. Modus petendi est iste. Petitur altare portatile sive viatorium pro N. N. ejusque moderna conjuge N. nobilibus Diocesis N. frequenter aut subinde iter facientibus per Germaniam.

De Notariatu Apostolico.

Ejusmodi Notariatus datur quibuscunque, etiam non nobilibus, non graduatis, neque constitutis in aliqua dignitate. Taxa cum Agentia sunt 4. Scuta, 50. Bajoci. Modus petendi colligitur ex jam dicendis.

or.
dii
oix
viii

Ad hoc, ut possit à Pontifice impetrari hic Protonotariatus, debet persona, pro qua petitur, aut esse nobilis, aut graduata in aliqua scientia, Theologica, Juridica, aut Philosophica, vel esse in dignitate aliqua ecclesiastica. Taxa sunt 24. Scuta. Ejusmodi Protonotarium ex privilegio Pontificum dat etiam Dux Sforzia aut alius apud hunc. Taxa sunt 6. aut 7. Scuta, & 50. Bajoci. Modus petendi iste: petitur Protonotariatus Pontificius (vel Ducis Sforziæ) pro N. N. Duce N. Canonico ibidem vel nobili vel Magistro Philosophiæ.

Facultas ingrediendi monasteria Monialium.

Hæc facultas datur sceminis titulatis, v. g. Principissis, Comitissis &c. ut possint cum duabus matronis quater in anno ingredi Claustrum Monialium. Taxa 25. Scuta, 50. Bajoci una cum Agentia. Datur etiam dominabus in temporalibus, etiamsi non sint titulatæ, & tunc solvuntur 15. Scuta universim, quâ taxâ nunc etiam pro titulatis haberi potest facultas. Modus petendi iste: petitur facultas pro Baronissa (vel Domina in temporalibus) ut quater in anno durante vitâ cum duabus matronis possit ingredi Monasterium Monialium Ordinis N. in oppido N. dicecensis N.

932. §. 3. Dixi supra Jura esse varia pro variis circumstantiis, & ut consulerem indigentia hominum his afflictis temporibus, dixeram n. 922. expeditiones, etiam quæ Româ petendæ sunt minori sumptu haberi per Nuntiaturam, in qua antehac solebat solvi Imperialis in moneta fove Leodiensi, aliis Imperialibus nostræ monetæ Coloniensis addendo circiter 20. albos.

Dispensatio matrimonialis in consanguinitate vel affinitate pro pauperibus, Romæ.

Imperiales

In 2. gradu æquali ex copula licita	-	14
in 2. ex copula illicita	- - -	3 $\frac{1}{4}$
in 3. & 2.	- - -	5
in 3. æquali	- - -	4
in 3. & 4.	- - -	3 & $\frac{1}{2}$
in 4.	- - -	3
pro cognatione spiritali	- - -	4
super impedimento publicæ honestatis		2 & $\frac{1}{2}$

super proclamationibus - - - 1 & $\frac{1}{4}$
 super interstitiis & extra tempora pro arctatis, vel pro necessitate Ecclesiæ, gratis, etiam quoad scripturam.

Cæteræ quoque expeditiones & rescripta concernentia sacros Ordines, gratis.

Pro Dicitibus vel Nobilibus dispensandis.

Scuta

In 2. gradu, quando copula præcessit	540
in 3. & 2. gradu sine causa	530
cum causa	45
in 3. gradu cum causa	30
sine causa	280.

Hec, uti antè notavi, variant, pro varietate pecuniæ & temporum. Ubique debet notari, cujus diocesis sint oratores, & si ecclesia, cujus sunt Parochiani, sit exempta, addi debet, nullius diocesis.

Q. 129. Quid notandum sit circa errores supplicæ 933. vel Rescripti. R. S. 1. Si Episcopus dispensarit, pro quo erat communis error, quòd dispensare posset,

or.
dii
oix
VIII

posset, aut tantum error in Episcopo dispensante, aut dubium de causa &c. quid tum sit tenendum dixi n. 843. & 896.

934. §. 2. Si Titius Subdiaconus vel Monachus sine causa à Papa dispensetur ad ineundum Matrimonium, validè contrahit, quia secundum dicta n. 583. votum solenne solo Jure humano dirimit, & dispensatio in tali impedimento etiam absque causa à Papa data est valida, ut constat ex dictis l. 1. n. 796. attamen Titius pergit obligari ad castitatem, unde debitum petere non potest, sed tantum reddere, quia dispensatio in hoc voto fuit irrita, *Sanch.* l. 8. d. 8.

935. §. 3. Huc pertinet solutio sequentis casus: Titius & Caja affines in 2. gradu, sollicitant dispensationem Romæ per Sempronium, qui nesciat de causis, petit, an invicem habuerint carnale commercium: Affirmat Titius, sed intelligit de osculis, tactibus &c. postmodum reflectens se, monet Sempronium de non habita copula: Sempronius respondet, sit bono animo proximè adfuturam dispensationem: Titius & Caja confidentes de dispensatione secutura habent copulam: *Queritur*, an vi dispensationis obtentæ per supplicam, in qua pro causa sollicita dicebatur, quòd se carnaliter cognoverint, possint contrahere. R. negativè, si copula facta post præsentationem supplicæ factæ Pontifici hujus annutum, *Sanch.* De Matr. l. 8. d. 30. De just. l. 1. c. 6. à n. 301. quia preces oblatæ non nitebantur veritate, & cum Papa moveretur in causâ, debebat causa adesse, quando annutum. Hinc etiam *Tambur.* quamvis censeat sufficere quòd causa adfit, quando per Commissarium dispensatio, tamen excipit, si pro motivo allegato

tur copula, quæ debuit fuisse, dum Papa annuit, ne alias detur ansa peccandi. Plura dixi l. 1. n. 808. circa tempus, quo verificari debet causa, ob quam dispensatur.

§. 4. Dixi n. 913. non valere, si pro affinitate scribatur consanguinitas, si tamen reipsa fuisset affinitas, & etiam in supplica scripseris affinitatem, in Rescripto autem per errorem poneretur consanguinitas, valeret secundum dicta l. 1. n. 810. quod etiam tenet *Krim.* n. 2211. contra alios, quia lecta supplicâ, quæ exprimebat affinitatem. Papa annuit petitioni, ergo reipsa voluit in affinitate dispensare, *Gob.* n. 639. *Krim.* à n. 2149. Nec exequens excedit fines mandati, quia agit secundum intentionem mandantis sibi sufficienter cognitam. Retuli etiam plures l. 1. n. 810. dicentes non obstare, si etiam in supplica erratum sit in nomine personæ, pro qua petebatur dispensatio, vel etiam in nomine Dicecesis seu Ordinarii, ad quem dirigebatur: sed *Krim.* n. 2209. cum *Kerchne* n. 244. ista intelligit, si non in supplica, sed tantum in Rescripto quoad ista sit erratum. Et n. 1250. dixerat non obstare, si in supplica petebatur *ob incompetentiam doris sponsi*, & in Rescripto ponatur *sponsæ*. Et universaliter notat *De Justis* l. 1. c. 6. n. 158. ex decisionibus Rotæ, tenorem Rescripti esse regulandum ex tenore supplicæ, quia omnis concessio Principis regulatur à petitione subditi. Et docet etiam *De Justis* l. 1. c. 4. n. 56. vitari dispensationem in forma pauperum, si erretur in prænomine Oratorum, quia alias posset fieri fraus & damnum Officialibus Curie. Notat etiam *Corrad.* l. 7. c. 5. à n. 25. contra *Sancti* l. 8. d. 35. n. 5. si Oratores sint diversæ diocesis, ex stylo Curie

or.
dii
oix
viii

Curia debere apponi utriusque dicecesin, quia Rescriptum dirigi solet ad Ordinarium sponsum, qui alias non resciretur.

937. §. 5. Si in supplica pro causa allatum sit hoc tantum, quod sequentur alioqui gravia scandala; in Rescripto autem ponatur, quia sequentur alioqui gravia scandala, & periculum vitæ alterutri, non est opus, ut utraque causa, sed sufficit, si prima allegata verificetur, uti tenent Sanchez & alii cum *De Justis* n. 260. ac resolverunt duo Doctores alii mecum; dispensans enim fuit motus causâ allegatâ, & ex stylo Curia, vel formulæ, vel errore scribebantium additur istud alterum: hinc in dicecesi aliqua vicina, si causa insufficientis sit allegata, quamvis in Rescripto sit ommissa, & alia causa allegata, quæ hic non verificetur, nihilominus pergunt, quia putant dispensantem fuisse motum causâ allegatâ, & dispensare voluisse, quod autem scriptor aliam expresserit, putant ad rem non facere.

938. Q. 130. Quomodo sint intelligenda verba Rescriptorum. R. §. 1. Quando conceduntur Indulgentia, quomodo ea tunc intelligenda sint, exponit Gob. in *Exp. tr.* 3. à n. 637. Quomodo, quando dispensatur circa ætatem pro Ordinibus, habet idem Gob. tr. 8. à n. 722. Quomodo intelligenda sint clausulæ in dispensationibus matrimonialibus, explicat idem Gob. in *Quinario tr.* 5. c. 37. f. 5. *Paulus Leonis* in praxi ad litteras *Pænitentiariæ*. *Tambur.* De Matr. tr. 2. c. 12. & seqq. *Pyrrhus Corrad.* in praxi dispensationum Apostolicarum. *Rosa* De executionibus litt. Apost. pauca tamén & sapius occurrentia breviter annoto.

939. §. 2. Non omnia Rescripta constant iisdem verbis, unde ad executionem procedendum non

est ex opinione hujus aut illius Doctoris, priusquam cognitum fuerit illum Doctorem loqui de illis ipsis particulis, quæ in hoc Rescripto sunt, & quidem secundum modernum stylum Curia, & universaliter oportet observare stylum illius Curia vel Congregationis, ex qua talis dispensatio mittitur.

§. 3. De clausula illa: *dummodo copula non intercesserit*, dixi n. 922. De clausula *si crimen vel impedimentum sit occultum*, dixi à n. 870. Quando autem inter causas ponitur, quodd dispensatio datur, *ad vitanda scandala*, requiritur, ut sit metus publici scandali, *Nuv. Bonac. Gob. n. 171. Vide n. 957. in fine.*

§. 4. Quando dicitur: *vitæ periculum imminere*, communiter est sensus, periculum esse mortis ab aliquo inferendæ, sive homicidii alicujus, nisi ex supplica vel circumstantiis resciretur intelligi vitæ periculum ex morbo, apprehensione, mœstitia futurum.

§. 5. Quando dicitur: *ut asserunt se de nobili genere ortos*, & alia causa movens Papam non additur, debet illa causa coram Executore probari: De cætero, si simpliciter dicatur Oratores esse nobiles, sufficit Patrem esse nobilem, vel ipsos nobiliter vivere, & ea non exercere, quæ populares. Triplicis autem generis sunt nobiles, *Genere*, qui à majoribus nobilitatem habent: *Principis privilegio*, si ipsi ad nobilitatem sint e-
ducti: Honoribus & virtutibus, ob quas evehi merentur: ubi è contrà plebei alii sunt *viles*, quales sunt mechanici, qui profitentur artes spectantes ad solam ferè corporis applicationem, uti fabri lignarii, ferrarii: alii *honestiores*, qui profitentur artes requirentes plus ingenii, uti pictores &c.

§. 6.

or.
dij
oix

viii

943. §. 6. Quando in dispensatione cum illegitimo dicitur; dummodo paternae incontinentiae mactor non sit; est tantum instructio & cohortatione talis sit, unde quamvis talis esset, non irrita esset dispensatio, *Corrad. Krim. n. 2392.*
944. §. 7. Quandoque additur in dispensatione dummodo per annum non inforduerint, putavit autem aliquis Illustrissimus Nuntius hic Coloniae interrogatus, intelligi infordescantiam in censuram, & non praecise in peccato, quia saepe talibus delictis est annexa censura, v. g. excommunicatio, in qua per annum haerere, proprie dicitur infordescantia de qua dicam l. 7. à n. 287. Et haec interpretatio valere potuit quoad dispensationem eo tempore in Nuntiatura: De caetero censura cum *Plettenberg* & aliis infordescere per annum, esse permanere per annum in tali delicto, ita ut per totum annum non poenituerit de eo, & consequenter, si talis aliquando per annum & saltem in *Paschate* confessus sit, praesumitur bene confessus & efficaciter retractasse peccatum illud, adeoque non inforduisse, etiam si postea relapsus in dummodo iterum in relapsu & consuetudine ista sine poenitentia non remanserit per annum.
945. §. 8. Quomodo clausulae, si ita est: quatenus ita est: periculum imminet revelationis & scandalorum: ut dicta muliere de nullitate prioris consensu certiorata: postquam dicto Sacerdoti: si necdum satisfecero sint intelligendae, habet *Busenb. relatus l. 1. n. 798. in app. Resp. 2. & de clausula illa; de nullitate prioris consensu certiorata, dixi hic n. 814. Quae autem operentur verba; motu proprio, dixi l. 1. n. 814. Plura quoad clausulas Rescriptorum etiam Poenitentiarum, dicam à n. 951. Si Rescriptum habeat, non tantum ut contrahant servata forma*

Trid. sed etiam expressè, factis denunciationibus in Parochia sponsæ, id non apponitur per modum conditionis ad valorem, sed nihilominus potest in denunciationibus dispensari ab Ordinario, Sanch. l. 8. d. 35. n. 19. Corrad. l. 7. c. 7. n. 17. & 21. Wiestm. Karch. n. 259. contra Zerolam, quando enim aliquid in Rescripto apponitur, quod aliunde de Jure requiritur, ordinariè non apponitur cum alia obligatione, quam quæ antecederet erat, unde videtur tantum esse velut monitio, ut fiat, quod Juris est.

Q. 131. Quid addendum sit, si in facultate dispensandi addatur: gratis ubique, sub poena invaliditatis, sine ulla mercede, sine premio, sine munere, gratis sub excommunicatione &c. R. §. 1. Expediã dispensatione licitum esse aliquid acceptare docent plures cum Sanch. l. 8. d. 35. n. 13. uti etiam notavi l. 1. n. 817. nam imprimis illa datio & acceptatio prohibetur, per quam dispensatio fit irrita, si autem sit expedita, non ideo fit irrita, ergo: Deinde etiam videtur tum cessare prohibitionis causa, quæ est, ne dispensaturus muneribus excaecatus dispensationis munus minus bene obtineat: & cum prohibitio sit odiosa ac strictæ interpretationis, non videtur extendenda ad dationem post negotium expeditum: hinc notant aliqui prohiberi examinatoribus Episcoporum aliquid accipere ante, attamen licitè accipere, si quid liberè offeratur post examen. His non obstantibus suadendum est contrarium in praxi, quia in materia dispensationum sine distinctione prohibetur acceptatio muneris.

§. 2. Ante dispensationem nequidem esculenta vel poculenta licitè admittuntur, quamvis paucis diebus possint consumi, Corrad. in praxi dispens.

Tom. VIII.

Tt

dispens.

or.
dii
oix
VIII

dispens. l. 7. c. 6. n. 5. *Sanch.* n. 12. *Rosa.* De ex-
 cut. lit. Apost. p. 1. c. 5. nu. 25. *Krim.* nu. 227.
 quia nempe prohibetur receptio omnis mune-
 ris; & re ipsa sunt magna pro tantillo labore di-
 spensandi. Hinc *Barbosa* in Collect. *Trid.* sess. 11.
 De reform. c. 1. n. 5. & 13. docet, pro dispensa-
 tione Matrimonii non licere quicquam recipere,
 nec ratione taxæ, etiam ex immemoriali consue-
 tudine, nec ratione sigilli vel alterius rei pro
 mercede laboris. Idem dicit *Fagn.* in 1. p. l. 4.
 decretalium De simonia, C. In ordinando, n. 11.
 notans ita decrevisse *Congreg. Interpretum* *Trid.*
 25. Oct. 1588. *Rosa* etiam dicit non juvare consue-
 tudinem, quia additum est decretum irritans,
Garc. De Benef. p. 8. c. 6. n. 110. & 111. Nota-
 rio tamen licitum est pro examine testium re-
 informationibus accipere 4. partem Ducati, ut
 declaravit *S. Congreg.* citata à *Corrado* & *Rosa*, qui
 addit alibi à se solutos Notario 4. ducatos cum
 dimidio. Hæc referre volui, ut notetur diver-
 tas opinionum & praxeos pro diversis tempo-
 ribus & locis.

948. §. 3. Quando dicitur à munere te omnino ab-
 nere debere monemus, non continet solum con-
 siliium, sed præceptum, quia cadit super ma-
 riam aliunde graviter illicitam, est enim simo-
 niacum accipere temporale pro actu jurisdic-
 tionis spiritualis, uti ex *Trid.* & *S. Th.* certum est
 docet *Castrop.* tr. 17. d. 3. p. 12. n. 10. Quæ
 accipiatur pro labore temporali, qui adhibe-
 rebuit, non est propriè munus, sed stipendium
 nec simoniacum, uti fatetur *Castrop.* attamen
 detur esse illicitum ob prohibitionem, maxime
 si dicatur, deposita spe cujuscunque muneris & pre-

tale enim stipendium est reipsa præmium laboris, *Castrop. Krimmer, n. 2278.*

§. 4. Potest dispensans, secundùm dicta, exigere aliquid per viam commutationis vel impositionis poenæ, ut minùs frequenter petatur dispensatio. Sed praxis habet Romæ & in Nunciaturis, ut hoc, quod petitur, cedat in pios usus, & non in utilitatem dispensantis. V. *Castrop.* à n. 11. Notat etiam *Corrad. l. 8. c. 5. n. 34. S. Congregationem* declarasse, quòd quando *Trid.* dicit, ut dispensetur gratis cum illis, qui ignoranter contraxerunt cum impedimento, intelligatur, quoad compositiones, non autem quoad Jura & mercedem Officialium pro expeditione litterarum: & addit cum *Garcia* nequidem hoc quoad compositiones servari, ob necessitatem & onera Sedis Apostolicæ, præsertim ad tuendam propagandamque fidem catholicam.

§. 5. Si opus sit dispensantem exire domo ad examen testium, potest pro eo labore dispensationi extrinseco aliquid accipere. V. *Garc. n. 116.* Pro labore tamen in facienda informatione testium ad verificanda narrata in precibus, uti & pro expedienda dispensatione ipsa, non est licitum aliquid accipere, saltem ubi non est consuetudo accipiendi, quia hoc pertinet ad expeditionem dispensationis, pro qua prohibetur acceptio muneris. *Dixi,* saltem ubi nō est consuetudo, quia per eam licere docet *Sanch. n. 11.* quia tum censetur non munus aut præmiū, sed stipendium ex consuetudine debitum: solvitque *Sanch. ibid.* argumentum ex *Cap. Statutum. §. Insuper. De Rescriptis in 6. hinc Castrop. n. 10.* dicit, stipendium laboris jure vel consuetudine debitum posse admitti. Possunt autem de hac consuetudine

or.
dij
oix

viii

dine videri etiam *Garc. n. 110. & Castrop. n. 12.* Et propter eam consuetudinem scripsit non ita diu ex Belgio aliquis Reverendissimus Romam, in Curia sua percipi Jura ex dispensationibus: Rescriptum est, quod sequi posset exemplum suorum antecessorum: Alius ex Germania directè petit declarari, an non licitè admitterentur Jura ordinaria pro dispensationibus ejusmodi, & est responsum affirmativè, propter consuetudinem.

951. Q. 132. Quid præterea specialiter notandum sit circa dispensationes, quæ petuntur à S. Pœnitentiaria. R. §. 1. Pœnitentiaria pro foro tantum interno dispensat, in omni impedimento occulto Juri tantum ecclesiastici, etiam pro contrahendis Matrimonii exceptâ solâ consanguinitate, nam quoad hanc tantum dispensat in contractis, & quidem extra 1. & 2. gradum: unde dispensat etiam in primo gradu affinitatis, etiam ex copula licita, etiam pro contrahendis, *Krim. n. 2304.* Quandoquidem autem impedimentum hinc dicatur occultum, dixi à n. 870. Notat autem *Tobertius* in *Introd. c. 3. pag. 22.* si impedimentum sit publicum Coloniae, sed occultum Parisiis, ubi nunc habitat Titius Coloniensis, & Parisiis existens petat dispensationem tanquam pro impedimento occulto, non factâ mentione de eo quod sit publicum Coloniae, Breve datum à Pœnitentiaria fore subreptitium, quia non solet Pœnitentiaria admittere casum sic tantum occultum.

951. §. 2. Notari debet hinc cum *Krim. n. 2377.* significatio varia vocis, forum, nam *forum*, in neutro genere aliquando significat territorium aut locum publicum, in quo res venales exponuntur: *forum* in masculino significat locum publicum

dicii, & derivatio in utraque significatione est à *fero*, quia illuc feruntur venalia vel lites. Sæpe autem per forum intelligitur *judicium*, *jurisdictio*, *potestas*, & in hoc sensu dicitur aliqua causa pertinere ad forum ecclesiasticum vel sæculare, aut esse mixti fori, si pertineat ad utramque jurisdictionem. Forum in hoc sensu aliud dicitur externum, sive *forum fori*, in quo tractantur causæ in ordine ad externam gubernationem Reip. sive ecclesiasticæ sive sæcularis: aliud internum, quod dicitur *forum poli seu conscientie*, quod intus in mente hominis, ubi conscientia est, exercetur. Forum internum aliud dicitur *Pœnitentiæ*, in quo aliquid geritur interveniente Sacramento Pœnitentiæ, sive absolutione sacramentali: aliud non Pœnitentiæ, in quo aliquid geritur sine Sacramento Pœnitentiæ, uti si aliquis extra Sacramentum absolvatur à censura vel reservatione peccati. Atque ex his patet, forum Pœnitentiæ & conscientie non esse idem, nam forum conscientie est quid commune foro sacramentali, & non sacramentali. Quando tamen dixi Pœnitentiariam dispensare in foro tantum interno, sensus est, in foro tantum conscientie.

§. 3. In supplica ad Pœnitentiariam non est opus exprimere vera nomina oratorum, sed potest dici *Titius Caja &c.* Nec opus exprimere diœcesin vel locum originis ipsorum, quia hæc Rescripta non remittuntur ad diœcesanum, sed ad oratorem ipsum, unde satis erit, si petat Rescriptum dirigi, v. g. *Coloniam ad P. Claudium Lacroix Soc. JESU*, vel quemcunque alium, qui tradet Oratori, & Orator eliget Confessarium, qui exequatur, secundum jam dicenda.

§. 4. Pœnitentiaria inscribit suas litteras, *Discre-* 954.

or.
dii
oix

V III

ro viro Confessori, Magistro in Theologia vel Decretorum Doctore, ex approbatis ab Ordinario, per laicos presentium specialiter eligendo. Circa quod Krim. d. n. 2307. & alii notant seqq. 1. Non sufficit esse Licentiatum. 2. Nec Doctorem Ordinis religiosi. 3. Confessarii Societatis JESU ex commissione sui Superioris possunt secundum dicendum n. 978. has litteras aperire. 4. Peccat mortaliter, qui aperit sine qualitate Doctoris vel privilegio. 5. Si ille, qui aperuit, non possit, vel nolit equi, potest adiri alius. 6. Si ille, qui prius noluit exequi, postea mutato consilio velit, potest. 7. Sufficit esse approbatum ab Ordinario, licet nullas adhuc confessiones audiverit, & vide fit rudis. 8. Quamvis aliqui cum Sanch. l. 1. d. 37. n. 10. dicant non sufficere, quod quis errore communi censeatur Doctor, tamen communis sententia habet sufficere, si communi errore cum titulo colorato censeatur approbatus. 9. Si sit approbatus ad viros tantum & dispensatio non requirat actualem confessionem utriusque, Sanch. Lezan. Perez. & alii dicunt sufficere, quia verum est esse ex approbatis ab Ordinario. Contradiciunt De Justis, Gob. & alii, quia non simpliciter approbatus, & ideo Carden. dicit primam sententiam esse tenuiter tantum probabilem, estque secunda conformior dictis in l. 6. §. 2. n. 1467. quamvis Krim. dicat primam etiam esse absolute probabilem. 10. Delegatus procedat si ita esse prout refertur, per diligentem laboris examinationem invenerit: & nisi constet oppositum, proceditur, sine testibus: quamvis autem ordinatio non praescribatur, potest tamen ex causa expostionis juramentum. 11. Mandatur, ut saltem ex convenientia praemittat monita & consilia opportuna.

de fideliter respondendo, de implenda pœnitentia injungenda, de cavendo relapsu in delictum.

§. 5. Quamvis aliquis non Doct̃or, & non 955.
habens potestatem aperiat Rescriptum, non ideo careret effectu, dummodo Doct̃or aut alius designatus illud expediat, nam qualitas Doct̃oris non requiritur in aperiente, sed in exequentē, *Bona. Gob. n. 157. Krim. n. 2317.* Si autem dispensandus unum elegerit, qui cum ipso dispenset, & ille postea sit ei nimis rigidus, potest hoc relicto eligere alium benigniorem, non aliter, atque aliquis potest confessione apud unum inchoatā, hunc deserere, & eam repetere apud alium, *Gob. n. 167. Krim. n. 2318.*

§. 6. Ex hoc, quòd dicatur, cum illis dispenses 956.
in foro conscientie, non sequitur fieri debere in confessione, aut confessionem requiri, *Krim. n. 2336.* Si autem expressè addatur, ut dispensatio fiat *in actu sacramentalis confessionis vel foro Pœnitentie, audita confessione &c.* si dispensandus jam antè absolutus sit à suis excessibus, censuris ac pœnis, ac nullius mortalis sibi conscius sit, *Gob. n. 183. & Krim. n. 2385.* dicunt probabile esse non requiri confessionem, probabilius tamen est cum *Dicast.* apud *Gob. n. 256.* & tandem consentit *Krim. n. 2416.* adhuc requiri velut conditionem præstandam ab eo, qui vult gaudere illā gratiā, secundum dicta *l. 6. p. 2. n. 1414.* de confessione pro Jubilæo; quamvis *Gob. n. 258.* putet satis fore, si in confessionali, ubi cum illo dispensandum est, dicat se non habere mortale, quod confiteatur: supposito autem quòd confessio requiratur velut conditio, probabilius videtur contra *Krim. n. 2325. Gob. n. 188. Kerchne n. 266.* multosque alios, quòd invalidè dispensaretur,

or.
di
oix
y III

si confessio esset sacrilega, quia confessio sacrilega non est vera confessio, quam supponitur requirere Pontifex, unde sicuti per sacrilegam confessionem non satisfit præcepto Ecclesiæ, ita nec hic menti Pontificis: censetur autem actus sacramentalis confessionis durare, quamdiu non est data pœnitentia vel absolutio: imò probabile est adhuc durare statim post absolutionem, quia multi AA. cum Gob. n. 255. docent tum adhuc licitum esse Confessario loqui cum pœnitente de auditis in confessione.

957. §. 7. Quando additur, ut prius tollatur occasio peccandi, Gob. n. 189, intelligit occasionem, quæ esset in eadem domo; sed probabilius est intelligi omnem occasionem proximam, quantum hæc tolli potest, quia Pontifex loquitur moraliter, unde in eadem etiam domo cohabitatio posset manere, dummodo desineret occasio de periculum proximum relapsus, uti plures tenent cum Gob. Wiestn. Kerch. n. 269, tum enim censetur moraliter abesse occasio, debetque hæc occasio proxima necessariò removeri ante absolutionem, quia est quid substantiale & magni momenti, Gob. Krim. à n. 2391. Quando autem dicitur, ad evitanda scandala, quæ oriuntur ex divortio nomine scandali non venit admiratio aut prædens opinio de improbitate alterutrius, sed publica occasio peccandi per temeraria iudicia, distractiones, odia, dissensiones, imitatio mali exempli, Gob. Kerch. n. 267.

958. §. 8. Confessarius, qui hic potest dispensare potest etiam absolvere ab omnibus reservationibus & censuris, quæ provenerunt ex peccato, ob quod dispensatur, non tamen, si aliunde proveniant, quia expressè additur, quas propter præ-

missa quomodolibet incurrit, Gob. à n. 191. Oppositum tamen tenet Krim, n. 2350, si talis alia censura vel reservatio impediret effectum gratiæ, quia dispensans facit gratiam absolvendi sacramentaliter, & revalidandi Matrimonium, ergo etiam tacite facit gratiam removendi, quidquid hunc effectum gratiæ impediret, arg. Cap. *Prætere*. De off. & potest. Judic. deleg. sed videtur dicendum, quamvis dispensatio trahatur ad necessarium & de se connexa, secundum dicta n. 823. non tamen ad disparatè se habentia.

§. 9. Si supplicans nollet unquam secum dispensari, aut si cum illo nunquam posset dispensari defectu cujusdam conditionis, Confessarius non posset eum absolvere à reservationibus aut censuris, quia additur *ad effectum concessæ gratiæ*, unde dispensatio impedimenti, & revalidatio Matrimonii est causa finalis cæterorum, quæ cessante cessant reliqua, Gob. n. 195. Krim, n. 2351. Quod si dispensatio danda esset saltem post duos trèsvè annos, posset nunc ab electo Confessario absolvi à reservatis & censuris in ordine ad dispensationem tum ab eodem accipiendam, uti tenent *Lug. & Gob.* n. 199. Putat autem *Dicast.* si supplicans negligat confiteri & petere dispensationem, saltem tum, quando est præceptum annuæ confessionis, quod gratiæ illa finem habeat; sed probabilius dicit *Gob.* à n. 202. si interea absolvetur ab alio habente potestatem in reservata & censuras, ut sic satisfaciatur præceptis Ecclesiæ, posse cum rationabili causa, v. g. deliberando, an velit inire tale Matrimonium, exspectare ad quodcunque tempus, & tum postea, si volet, eligere eum, qui secum dispense; dispensatio enim

T t 5

or.
di
oix
viii

enim non est alligata tempori confessionis annuæ, neque ulli alteri.

960. §. 10. Circa clausulam, *hac vice absolvas*, docet *Krim.* à n. 2353. & probabile dicit *Gob.* à n. 204. si dispensandus post datum gratiæ labatur in plures censuras vel reservata, posse etiam ab his absolvi, quia per hæc non est extincta gratia, ergo cum hæc impedirent effectum gratiæ, debent posse tolli; duratque hæc potestas absolventis, quamdiu ex rationabili causa differtur executionis dispensationis.

961. *Obji.* Si Confessarius à Superiore petierit facultatem absolventi Titium à lapsu carnis reservato, hæc facultas extendit se tantum ad illum casum, & non ad alios interea ante absolutionem commissos, ergo similiter hic. *Re.* *Decret.* ant. de quo dixi l. 6. p. 2. n. 1692. n. confes. in primo casu sublatio reservationis habet rationem finis, & limitatur ad peccatum manifestatum, pro quo determinatè petebatur; è contra sublatio censuræ non habet rationem finis, sed mediæ, ideo enim debet tolli censura, ut possit absolutio à peccatis, & cum statim gratia revalidari Matrimonium; facultas autem absolventi mensuranda est secundum rationem finis, uti habet *S. Th.* 2. 2. q. 27. a. 6. ergo cum cetera illa, quæ intervenerunt, impediunt finem, facultas se extendit etiam ad illas tollendas.

962. §. 11. Quamvis addatur, ut injungatur *penitentia*, tamen si supplicans antea contritus est, & penitentiam proportionatam accepit, aut si lucratus est Indulgentias, aut si accipit cum tali dispositione, propter quam gravius penitentia mutari posset in levem, poterit quædam Confessarius parvam injungere; quia tam

intellig
dum ex
quam e
causa m
à n. 20
Notatq
ejusmo
tia sit
discreti
penite
tum, al
injung
lem pe
tem cor
vem pe
vere con
labatur e
rationa
fuisse,
quid d
S. Cong
quia ne
prestar
nabilitate
§. 1
tentia i
menibus
perpetuu
gatur a
delicti:
telligi d
omnino
teriaz ne
sententi
sent ple

intelligitur præcipi injunctio pœnitentiæ secundum exigentiam delicti secundum se, quod nunquam esset confessus, & circa quod non esset causa minuendi ordinariam pœnitentiam, Gob. à n. 208. Krim. à n. 2397. Wiestn. Karch. n. 271. Notatque rectè Tiburt. supra pag. 24. quod circa ejusmodi pœnitentiam injungendam, substantia fit servanda, sed quoad quantitatem fit locus discretioni, ut nempe Confessarius consideret pœnitentis sexum, complexionem, ætatem, statum, alias ejus obligationes, & his bene pensatis injungat pœnitentiam, quæ respectivè ad talem personam censeatur gravis. Quando autem committitur dispensanti, ut imponat gravem pœnitentiam sibi bene visam, cui si lator parere contempserit, in dictam excommunicationem relabatur eo ipso, sensus est, si parere contempserit rationabili præcepto, nam si dispensans imposuisset, v. g. ut iret ad triremes, aut faceret aliquid difficillimum, Tiburt. p. 3. c. 2. testatur à S. Congreg. decisum esse quòd non ideo reïncidat, quia nemo dicitur contemnere parere, quando præstare rationabiliter non potest, quod irrationabiliter præcipitur.

§. 12. Quando additur, ut simul pro pœnitentia injungat confessionem saltem unam singulis mensibus, Krim. n. 2400. putat, si non addatur, in perpetuum, vel per totam vitam, satis esse, si injungatur ad aliquos annos secundum mensuram delicti: Contradicit Gob. à n. 225. putatque intelligi de singulis vitæ mensibus, & dicit hoc omnino esse injungendum, etiamsi defectu materiæ necessariæ non confiteretur, secundum sententiam supra insinuatam, vel quamvis essent plenariæ Indulgentiæ, quia dicitur hoc debere

or.
di
oix
y III

debere injungi ultra pœnitentiam sacramentali, licet quoad hoc videatur dissentire *Krim.* n. 2410. Perinde autem est, quo die mensis fiat, unde satisfacet confitendo ultimo Januarii vel primo Februarii, aut primo Januarii & ultimo Februarii: quod si uno mense omittat, non tenetur alio compensare, quia videtur annexum mense: si autem aliunde adhuc, v. g. ex voto vel præcepto teneretur confiteri aliquo mense, per hanc confessionem satisfaceret utrique obligationi, quia mens dispensantis prudenter præsumitur esse, ut confessio ex quacunque tamen causa fiat semel in mense, *Salas, Portel, Gob. n. 221 Krim. n. 2406.* contra *Sanch. Bonac. Perez, Diana* & alios. Peccabit autem toties mortaliter, quoties aliquo mense omittet, quia est materia & præceptum grave, quale est confessionis annuæ vel diurni jejunii, *Gob. n. 222.* contra *Krim. à n. 240* qui à n. 2411. putat posse cessare hanc obligationem confessionis menstruæ, si dispensatus fuerit per Jubilæum, vel Indulgentias plenarias; sed probabilius contradicit *Gob. n. 226.* quia est potestatis extraordinaria etiam ad alios fortè fines juncta. In Rescriptis autem non fit mentio Communionis, unde non est obligatio injungenda illam, posset tamen injungi aliquando Communionis loco gravis Pœnitentiæ, quæ simul injungi debet, *Gob. n. 227.*

964. §. 13. Quando dicitur Confessarium debet declarare, quod proles sit legitima in foro communi tantum, sensus est, prolem talem pro utroque foro fuisse illegitimam, si uterque parens sit conscientius impediendi, & tum esse legitimam in foro interno; quamvis *Krim. n. 2365.* dicat, verè

legitimari quoad spiritualia & temporalia, alii
autem dicunt tantum ad Ordines sacros & Be-
neficia, unde si Judex ecclesiasticus vel secularis
ageret contra hos conjuges vel proles tanquam
illegitimas, dispensatio illa in foro externo nil
iuraret, Gob. n. 264. & Krim. à n. 2360. Quan-
do autem unus saltem bonâ fide contraxit pu-
tans Matrimonium esse validum, vel si non in-
dicetur ipsi impedimentum, quando revalida-
tur Matrimonium, sive hoc taceatur bonâ sive
malâ fide, proles censi debent legitimæ pro
utroque foro, uti ex Jure probant Gob. n. 247. &
pluribus Sanchez. l. 8. d. 34. à n. 50. possuntque vi-
deri dicta l. 4. à n. 750. & Karch. n. 277.

§. 14. Quamvis addatur, ut *nulli testes adhi-* 965.
beantur, si tamen adhiberentur, non ideo esset
invalida dispensatio, Gob. n. 265. Hinc Fill. tr.
10. p. 2. c. 10. n. 358. loquens de clausula illa
Rescripti ex Pœnitentiaria sic habet: *non puto prohi-*
beri, quominus fieri possit aliqua fides à Confessario de
absolutione vel dispensatione impensa, pro consolatione
pœnitentis, vel pro testimonio apud Episcopum obrent. &
dispensationis in foro conscientie, id enim etiam in aliis
absolutionibus collatis in eodem foro fieri nil vetat: Tamb.
De Matr. tr. 2. c. 13. §. 6. sic habet: *non est negan-*
dum, si Judex sciat ejusmodi dispensationem fuisse da-
tam, posse interdum illi acquiescere, imò rectè Filli-
us notat posse evenire, ut Confessarius (habitâ
licentiâ, ut suppono, à pœnitente) faciat fidem
apud Judicem se absolvisse & dispensasse.

§. 15. Præcipitur etiam, ut *lanietur litteræ,* 966.
idest, ut Rescriptum illud laceretur vel combu-
ratur, vel ita corrumpatur, ut non possit pro-
duci in foro externo, sic enim dicitur legaliter
destrui, unde sufficiet detrahere sigillum, dila-
cera-

or.
dii
oix
viii

cerare per medium, inducere lituras vel cano-
 los, quamvis retineatur; sic enim peribit illi
 valor pro foro externo, *Fill. Gob. n. 268. Krim.*
 2372. Quod si talis laniatio negligenter, pro-
 caretur quidem mortaliter, cum id præcep-
 tur sub excommunicatione lata sententia, non
 ideo tamen invalidaretur dispensatio, quia
 est conditio ad valorem, sed cautela, ne proba-
 catur in foro externo, *Sanch. Gob. Krim. n. 237.*
 hinc additur ita laniandas, ut nullum earum
 exemplum exstet, intellige, authenticum, seu
 modi, quo in foro externo posset probari, dicitur
 esse dispensationem, unde nil peccas, si exem-
 illius pro te describas, illi enim tuæ descrip-
 nulla fides debetur, *Gob. n. 273.*

967. §. 16. Additur, *ne litteras illas reddat supple-*
ti, intellige integras, quæ pro foro externo
 vire possint: si tamen redderet integras, dicitur
 quod litteræ non suffragabuntur illi, intelli-
 iterum pro foro externo, nam maneat pro
 interno validæ; *Krim. nu. 2379. Gob. nu. 276.*

968. §. 17. Quando committitur dispensatio
 non obstante v. g. affinitate possint inire Ma-
 monium, addi solet, *dummodo aliud impedimentum*
canonicum non obstet: & sensus est, si non
 aliud impedimentum, quod dispensatum
 fit, *Kærch. n. 274.* vel dispensari debeat, non
 non obstat, quamvis cum tali affinitate
 clandestinè contraxissent, quia hoc impedim-
 tum clandestinæ potest per ipsosmet tolli
 consensum renovent coram Parocho & testibus
Krim. à n. 2420.

969. §. 18. Quamvis Judicis delegati juris-
 cesser, si semel plenè illà utendo functus sit
 regulari

cio suo, secundum dicta n. 883. tamen si Confessarius electus minus bene peregerit officium suum, v. g. si dispensavit in impedimento, sed non legitimavit prolem, potest Rescriptum presentari alteri Confessario qualificato, qui hoc supplere poterit acceptato Rescripto; tum quia talis commissio necdum habuit plene suum effectum, tum maximè, quia commissio pro foro interno imitatur forum sacramentale Pœnitentiæ, in quo pœnitens, cui unus Confessarius non satisfecit, potest alium accedere, *Sanch. l. 3. d. 27. n. 40. Corrad. Krim. n. 2327. contra Nav. & Zerol.*

§. 19. Quomodo intelligenda sit clausula, 970.

parte altera de nullitate prioris consensûs certiorata, dixi n. 814. Quomodo scribatur ad S. Pœnitentiariam, habet *Instructio* n. 909. relata: Quod si quis malit scribere ad aliquem è Pœnitentiariis potius quàm ad Cardinalem ipsum, scire debet, quòd Pœnitentarii sint ex Ordine S. Dominici, ex Franciscanis de Observantia, & ex Societate JESU. Occasione hîc dictorum addo ex *Tibur-*

tio p. 3. c. 1. casus publicos non matrimoniales, in quibus ad Pœnitentiariam recurritur, esse duos. 1. Si quis publicè manus violentas sive percutiendo, sive occidendo injecerit in Clericum: 2. Si pugnavit vel astitit quomodolibet complex in publico duello: Pro casibus publicis contra immunitatem ecclesiasticam recurritur ad S. Congreg. immunitatis. Denique addo ex eodem *Tiburt. p. 4. S. Pœnitentiariam* habere facultatem etiam pro utroque foro, etiam in factis publicis absolvendi & dispensandi in multis quoad Regulares, & volentes ingredi Religionem, si accedat consensus & supplicatio Superiorum Regularium,

℞.

or.
dii
oix
viii

971. Q. 133. An dispensatio impedimenti profit ignorantem vel invito. R. §. 1. Quando idem impedimentum afficit utrumque contrahentem, uti est v.g. consanguinitas, satis est, quod unus contrahentium petat & acceptet dispensationem, tum enim etiam dispensatur cum altero quamvis ignorante, quia hoc ipso, quod tollatur inhabilitas ab uno respectu alterius, debet etiam tolli inhabilitas alterius, uti dictum est n. 853.
972. §. 2. Si impedimentum afficiat unum tantum ex contrahentibus, valebit quidem dispensatio impetrata etiam nescienti, sed ut effectum habeat, docent *Sanch.* l. 3. d. 36. n. 2. & post eum *Gob. tr.* 9. n. 641. *Burgh. cent.* 3. ca. 89. debere acceptari, imprimis quia est quaedam donatio, quae acceptatione eget, deinde dispensatio semper videtur habere hanc contritionem imbitam, si dispensando ita placeat, uti etiam privilegium seu gratia, secundum dicta l. 1. num. 841. Nilominus probabile etiam est, quod profit ignorantem, imò & invito, quia non apparet, cur inhabilitas ab utroque tolli non possit, uti tenent multi apud *Sanch.* supra, & cum *Dian.* p. 8. tr. R. 86. & 87. sicuti reservatio peccati, irregularitas &c. possunt tolli ab ignorante & invito quia pendent à sola voluntate Superioris. Imò non apparet, cur aliquid, quod habet se per modum gratiae, conferri non possit invito, nisi iura aliter statuunt, sicuti statuerunt, ut dispensatio pro Beneficio non habeat vim, nisi sit acceptata. De cetero Deus dat multas gratias peccatoribus ignorantibus & invitis. Item potest quis etiam invitus absolvi ab excommunicatione, aut dispensari in voto, uti docet ipse *Sanch.* *Decal.* l. 4. c. 24. n. 26. Quid autem dicendum

fit de dispensatione perita à S. Pœnitentiaria videri potest *Busenb.* relatus l. 1. n. 796. in resol. 10. & quod dixi hic n. 959.

Q. 134. Quid addendum sit de dubio circa potestatem dispensandi vel dispensationem ipsam. R. §. 1. Univerſim dixi l. 1. n. 798. potestatem dispensandi esse rem favorabilem, adeoque latè interpretandam: è contrà dispensationem esse rem odiosam, adeoque restringendam; quæ sententia est communissima inter Theologos & Canonistas, uti videri potest apud *Sperell.* decis. 112. à n. 73. Et consequenter, si dubitetur, attamen communiter putetur, quòd potestas dispensandi se extendat ad hunc vel illum casum aut circumstantiam, judicari potest, quòd extendatur, & quamvis postea declararetur reipsa defuisse potestatem, nihilominus validè esset dispensatum, quia ubi adest error communis, bona fides, & titulus saltem coloratus, Ecclesia supplet; uti dictum est n. 42. 528. 534. licèt non ita suppleat, quando est error tantùm privatus secundùm dicta ibidem. E contrà, si dubitetur, an dispensatio concessa se extendat ad hunc vel illum casum, aut circumstantiam, judicari debet non extendi.

§. 2. Si Jus concedens dispensari expresserit 974. causam, ex dictis n. 389. colligitur etiam extendi ad casum, in quo reperitur eadem causa, similiter dixi n. 823. dispensationem extendi etiam ad illa, quæ necessariò connexa sunt, & sine quibus dispensatio nullum effectum haberet.

§. 3. Quid tenendum sit in dubio, an adsit 975. causa sufficiens dispensandi, & an ulla causa adsit, item an hoc, quod falsò narratum, vel malè subrepticum est, fuerit causa finalis, necne, dixi l.

or.
dixi
dixi
VIII

1. à n. 804. Et universaliter dixi in dubio, quæ app
 causa, quam expressisti vel tacuisti, fuerit, adverti
 an tantum impulsiva, præsumendum esse, se habe
 fuerit tantum impulsiva, quia præsumendum nem, eo
 est pro valore actus. *Bardi* tamen De cons. paratio
 6. c. 5. §. 4. n. 9. tenet oppositum, quando putatit
 tur de re odiosa, sed n. 10. fatetur, si quis per un
 spensationem Matrimonium bonâ fide inie, quos
 & postea superveniat dubium de valore disp, ma,
 sationis, quod resolvi non possit, standum conjug
 pro Matrimonio, quia jam favet possessio, sive
 fide inchoata. & ille,

976 §. 4. Quid tenendum sit, si certus sis te in gat, ipse
 gere dispensatione, & dubites, an acceperis, clausul
 si certus sis te obtinuisti, sed dubites, an illic asse
 venerit vitium, vel an valeat dispensatio, de guntur
 1. n. 805. & præter Jura ibi citata, ex quibus omnia,
 detur colligi, quod præsumi debeat pro va confiren
 dispensationis, hoc ipsum docent *Abb. Salas*, adde ad
Tambur. in Decal. l. 1. c. 3. §. 7. v. *Dispensatio* esse legi
 & *Dian.* p. 4. t. 3. R. 45. An licitum sit contumem à c
 re Matrimonium, quando est dubium vel manente,
 probabilitas de impedimento, si probabilemto;
 lud abesse, dixi à n. 527. 530. quod cu

977. Q. 135. Quomodo practice sit applicanda dispensa
 hætenus tradita. R. hoc modo: 1. Dum de Q. 13
 tis impedimentum inter aliquos, qui contumem disp
 re volunt vel jam sunt in Matrimonio, cogit illis, qu
 illud sit indicandum illis necne. 2. Si sit arum ap
 candum illi, qui necdum est in Matrimonio, Executo
 quantum potes, dissuade, quia communis Theolo
 fausta sunt Matrimonia, quæ antecedit imp, 954. I
 mentum, nisi valde justa causa moveat SU cor
 spensationem petendam, plerumque enim de non I
 vent alia carnalia & merè temporalia motu, ex p

quæ apud Deum non valent. 3. Si ille, in quo
 fuerit advertis impedimentum, sit conjugatus, & sciat
 in esse, se habere impedimentum, vel itque dispensatio-
 nem, eò quòd non possit sine scandalo facere se-
 De confessione parationem nec vivere continenter cum uxore
 quando putatitia, fac ut impetres dispensationem ipsi,
 i quis per unum saltem Religiosum ex iis Ordinibus,
 fide inter quos n. 970. notavi habere Pœnitentiariorum Ro-
 lore dicitur, sed iube interim ab omni actu
 standum conjugali. 4. Accepto Rescripto, sive pro conjun-
 sollicito, sive pro alio, si habeas qualitates requisitas,
 & ille, pro quo petatum est, te ad id munus eli-
 tus sit te, ipso præsente aperi litteras, expone omnes
 ceperis clausulas concernentes, quære, an vera sint, quæ
 es, an illic asseruntur, & an præstare velit, quæ injun-
 satio, dicitur: si dicat vera esse, & paratus sit præstare
 ex quibus omnia, iube se ad confessionem disponere, audi
 at pro contentem, impone præscriptas pœnitentias,
 ob. Salvo, adde admonitiones debitas, declara prolem ejus
 dispensationem esse legitimam, si proles habeat, da absolutio-
 nem à censuris, tum à peccatis simul veletiam
 um veliantè, intendens cum eo dispensare in impedi-
 obabilemento; denique hoc ipsum illi declara, nempe
 quòd cum eo sit dispensatum, & dilania litteras
 cananda dispensationis.

Dum Q. 136. Quid præcere sit notandum circa executio- 978.
 ui contentem dispensationum matrimonialium. R. Suppositis
 io, cogit illis, quæ l. 4. à n. 659. dixi de Executore littera-
 Si sit rum apostolicarum, notanda hic sunt seqq. §. 1.
 Matrimo Executores hi ordinariè debent esse graduati in
 munitè Theologia vel Jure Canonico secundum dicta
 edit imp. 954. Possunt tamen Superiores Societatis J E-
 oveat SU communicare facultatem alicui de Societa-
 ne enim te non Doctore, aperiendi litteras S. Pœnitentia-
 lia motus, ex privilegio Gregorii XIII. anno 1582. die 3.

Vu 2

Aprilis

or.
 dii
 dix
 VIII

Aprilis in Bulla, Exponi nobis: ubi ait; Nos in hac parte supplicationibus inclinari, presbiteri Societatis huiusmodi per te vel tibi subordinatos Superiores de tua licentia designandis, & ab Ordinariis locorum approbatis vel approbandis, etiamsi Magistri vel Doctoratus, aut aliis gradibus insigniti non sint, licentias huiusmodi aperiendi, confessionibusque fidelium absolvendi. exequendi. licentiam & facultatem tenore presentium concedimus & impartimus. compendio novo, verbo, Confessarius. §. 3. sic habetur: Ad hanc facultatem aperiendi dictas licentias signantur omnes Superiores alii approbati, juxta confessionem, & omnes alii Confessarii, quos ipsi ad id locaverint.

979. §. 2. Delegatus non habet in actu jurisdictionem, nisi post exhibitionem originalis mandati, quo authenticè docere possit de facta sibi commissione dispensandi, Cap. Super eo, 12. De appell. Cap. Pastoralis, 12. De Rescript. Hinc si delegatus dispenset, quamvis certus sit de data & expressa Romæ commissione, nulliter agit, quia absque mandato & absque cognitione causæ sibi commissa, tale enim mandatum non contra gratiam factam, sed faciendam; communis sententia Krim. à n. 2222. E contra aliquis definit esse illegatus per sententiam definitivam etiam in causa, secundum dicta n. 883.

980. §. 3. Juxta Reg. 49. Cancellaria, quando dispensatur in gradu prohibito, semper apponitur dummodo dicta mulier propter hoc rapta non fuerit, tum enim hoc narrari deberet in supplicatione, ut si rapta fuerit propter hoc, id est, ad Matrimonium. Et quamvis in Rescripto omittatur, semper intelligitur, hinc si rapta esset, etiam si consentiret manens in potestate raptoris, &

ator non posset pergere, sed requiretur notum Rescriptum in forma, perinde valere, Krim. n. 2189. 2262.

§. 4. Quando additur: *tuam conscientiam onerans*, lignum est eligi industriam personæ quoad actum ipsum dispensandi, & tum executio relinquatur arbitrio ipsius sine cognitione judiciali, & ab ejus sententia appellari non debet. Barb. Krim. n. 2261. Si executio demandetur Episcopo, an ingerere se possit Vicarius generalis, aut si demandetur Vicario generali, an ingerere se possit Episcopus, colligi potest ex dictis n. 579. Sufficere autem prudens iudicium de veritate narratorum, quamvis non adsit certitudo, docent Gob. & Karch. n. 254.

§. 5. Quia Rescripto solet inferri, *si per diligentem informationem compereris preces veritate niti, & Trid. sess. 22. c. 5. De ref. dicit, ut dispensationes etiam gratiosæ suum non sortiuntur effectum, nisi prius à delegatis Apostolicis, summarie tantum & extrajudicialiter, cognoscatur expressas preces subreptionis vel obreptionis vitio non subjacere, hoc spectat ad formam, & prærequiritur ad valorem, quamvis ex confessione sponzorum aut aliunde sciretur veritas, Sanchez. l. 8. d. 34. n. 26. Corrad. l. 7. c. 6. n. 20. Et si dispensatio concessa sit tantum pro foro conscientie, informatio capi potest ab ipsis sponis, quia in hoc foro possunt esse Rei & testes: si autem agatur pro foro externo, informatio capi debet ab aliis, quia testis hic in propria causa non admittitur; potest autem etiam laico committi hæc informatio, quia non concernit jurisdictionem, sed solum ministerium. Nec requiritur juramentum, dummodo sponsi fidem faciant sine prudente suspitione falsi; ita cum*

or.
di
oix
/ III

communi *Krim.* à n. 2229. satis autem est, secun-
dum saepe dicta, causas finales seu motivas subsi-
stere, quamvis non subsisteret aliquid non subsi-
stantiale, *Krim.* n. 2258. De falsificatione litterarum
apostolicarum, dixi l. 4. à n. 663.

983. §. 6. Delegatus non debet plus examinare,
quam mandetur, hinc quia nunc non apponitur
clausula, dummodo copula non intercesserit, et
eam inquirere non debet; si autem clausula
apposita esset, & copula esset occulta, docet
Sanch. Pont. & Krim. n. 2220. contra alios, Reus
non teneri eam fateri, quia cum agatur pro forma
externo, intelligitur, si intervenerit & publicum
sit nota: Et idem est, si Judex interrogaretur
alio impedimento, quod occultum esset, & de
ter esset in debito tempore tollendum, nisi
enim tenerentur sponsi illud fateri, *Corrad.* l. 1.
num. 2259.

984. §. 7. Si preces sint quidem per testes iustitiam
attamen delegatus extra figillum confessio-
nis sciat illas non subsistere, pergere non potest,
quia executio remittitur ipsius iudicio ac discretio-
nerata insuper conscientia eius, id est, si in confes-
sione reperit preces veritate niti, *Sanch. Pont.*
Krim. n. 2237. Similiter quamvis preces veritate
niterentur, si tamen ex dispensatione praeser-
ret secuturum scandalum & majus malum, quod
equi non posset, ideo enim committitur eius iudicio,
discretionis, prudentiae; *Corrad.* l. 1. num. 2239.
Et quandoque etiam additur, si arbitretur
expediens, ut dispensetur, per quod remittitur
non quidem ad liberam voluntatem ipsius, sed
tamen ad prudens arbitrium, *Menoch. Krim.* à n. 2240.

985. §. 8. An & quando commissio dispensationis
expiret morte committentis, dixi l. 1. n. 2241.

Notat autem rectè *Krim.* n. 2227. si dispensatio-
nis commissio data sit nomine Sedis Apostolicæ,
non expirare morte Papæ, quia Sedes Apostoli-
ca nunquam moritur.

§. 9. Si delegatus reperiat causam bonâ fide 986.
allegatam Papæ, re ipsa non subsistere, sed ad-
verat aliam causam adesse, quæ si allegata fuis-
set, certò obtinisset idem Rescriptum, *Krim.* à
n. 2240. putat posse pergere, quia ex benignita-
te piæ matris Ecclesiæ præsumi potest, quòd Pa-
pa consensum suum non restrinxerit ad hanc
specificè causam, sed eum extenderit ad com-
munem & genericam rationem causæ sufficien-
tis, si pro tali casu adfit. Oppositum probabi-
lius tenet *Corrad.* l. 7. c. 5. à n. 54. nam ideo de-
mandatur, ut examinetur, an preces allegatæ
veritate nitantur, non autem, an subsit alia cau-
sa: nec datur mandatum exequendi, nisi sub
causa allegata: Deinde ex hoc, quòd Papa con-
sensisset, si allegata fuisset ista altera causa, non
sequitur, quòd jam consenserit, quia voluntas,
quæ non est, sed tantùm esset, nihil de facto ope-
ratur, sed tantùm operaretur sub hypothesi, quæ
posita non est, uti in simili dixi n. 551.

§. 10. An dispensatio pro foro conscientie 987.
valida sit ante expeditionem Rescripti, de hoc
aliquid dixi l. 1. n. 815. possuntque videri plura
apud *Krim.* à n. 2267. Quòd si Matrimonium in-
teatur, vel ejus consummatio fiat post expeditum
quidem Rescriptum, sed antequam dispensatio
pervenerit ad partes, aut antequam sit executio-
ni data, quid dicendum sit, magis colligetur ex
resolutione seqq. casuum:

Casus 1. Titius Romæ à Papa petit pro Cajo
dispensationem in impedimento Matrimonii,

or.
dii
dix
VIIII

& priusquam obtineat, rescribit sine dubio obtinendam intra triduum; obtinetur intra triduum à Titio: Et post elapsum illud triduum contrahit Matrimonium Cajus Coloniae ex illis ante acceptas litteras dispensationis. *Queritur an validè?* Negant *Suar. Vasq. Perez, Gob. tr. 2. p. 625.* quia præsumi non potest mentem Papae dispensantis esse, ut dispensatio valorem habeat, antequam certò innotescat, aliàs daretur occasio abutendi. Validè contraxisse docent *Sanch. 3. d. 36. n. 6. Nav. Vega, Rodriq. Texed. apud D. p. 9. t. 7. R. 36. Sot. Burgh. cent. 3. c. 38.* & alii quia omnes gratiæ & privilegia statim robora habent, cum datus est consensus petenti per Procuratorem, licet postulans principalis ignoscit unde probabile videtur, inquit *Burgh.* talem, in raro casu, videlicet in magna necessitate ad differendi, etiam licitè id facere.

988. *Casus 2.* Cajus subdiaconus ob causam committit Romam curforem, qui dispensationem petat, nec dubitabatur, quin intra viginti dies esset obtinenda: post hos 20. dies contrahit Matrimonium. *Queritur an validè.* Ratio affirmativa est, quia intra illud tempus concessa fuit dispensatio, uti nunc rescitur ex dato, valor autem dispensationis non pendet à dispensante, sed à solo dispensante, qui ei etiam invito & inveni obtrudere poterit. *Et cum Sanch. l. 2. c. 26. n. 5. Amico, Castrop. tr. 3. d. 6. p. 11. n. 3. Burgh. cent. 3. cas. 89.* & aliis communiter; Matrimonium illud nullum esse, quia dispensatio est laxatio à lege adhuc vigente & obligante, ut suum effectum habeat, debet esse nota dispensando, vel saltem procuratori, qui ejus loco

ceptet: 2. Dispensatio semper habet imbitam hanc conditionem, si tibi dispensando ita placeat, uti docent *Suar. Sanch. Salas, Castrop. & alii*, unde differt hic casus à priori, in quo Cajus acceptaverat per Titium. Ad fundamentum contrarium dico fuisse quidem concessam, sed non habuisse effectum, donec cognosceretur, quia est quædam donatio, quæ per acceptationem completur, unde habet quidem dispensatio valorem à dispensante, non tamen effectum, antequam nota sit dispensando, vel saltem alteri ejus nomine acceptanti: & ita *Cap. Si tibi presenti*, De præbend. in 6. expressè habetur dispensationem circa Beneficium non habere vim ullam, nisi acceptata fuerit à beneficiando.

Casus 3. Sempronius Titia consanguineus petiit dispensationem, sed ob urgentissimas causas Matrimonium contraxit cum Titia impedimenti ignara, priusquam dispensatio à delegato Confessario expediretur, attamen postquam Breve datum erat Romæ: Confessarius nunc accipit Breve, & *Quærit*, an illud possit expedire, ita ut vi illius fiant habiles ad validè contrahendum. *Ratio* dubitandi est, 1. quia mutatus est casus in dispensatione contentus, agitur enim, in ea conformiter ad supplicam, de Matrimonio contrahendo, jam autem est contractum. 2. Dispensatio reddita est difficilior ex *Trident. sess. 24. Dereform. Matr. c. 5.* decernente scienter contrahentem intra gradum prohibitum debere spe dispensationis carere. Nihilominus pro parte affirmativa est 1. quia Sempronius sat maturè summo Pœnitentiario supplex factus, narravit se jam tum de Matrimonio ineundo cum Titia tractasse, & resiliere non posse. 2. Non videtur di-

or.
dii
dix
7 III

spensatio esse ideo reddita difficilior, cum Sempronius non temere præsumpserit, sed ob urgentissimas causas id fecerit, *Trident.* autem requirit scientiam, audaciam, & temerariam præsumptionem juxta *Sanch.* l. 8. d. 25. n. 26. 3. Quamvis unus sciens impedimentum contraxerit, si alter ignorarit, non incurritur pœna *Tridentis*, nec postea opus est de hoc mentionem facere in petitione dispensationis, uti tenent *Henriq. Sanch.* n. 30. *Perez*, d. 46. n. 13. quia innocens puniri non debet ob alterius delictum, ergo etiam jam licebit gratiam illam exequi. 4. *Texeda* & alii apud *Dianam* p. 9. tr. 7. R. 36. docent, si contrahentes scienter intra gradus prohibitos contrahant & consumment Matrimonium, postquam Pontifex concessit dispensationem, & nondum ea per Ordinarium, cui committitur, est exposita, in isto casu non esse dispensationem irritam vel subrepticam, ita autem contigit in præfenti casu.

Respondeo. Confessarius non videtur posse procedere ad executionem. 1. quia est exprimerendum apud dispensantem, si Matrimonium fuerit contractum vel consummatum, uti certum videtur, inquit *Perez*, n. 6. & constat ex *Trident.* supra ubi in eum, qui scienter & præsumptuosè contraxerit, fert pœnam carenti spe dispensationis: è contrà illi, qui solennitatibus adhibitis contraxerit cum probabili ignorantia, dicitur facilius & gratis impertiendam dispensationem, ergo manifestè supponit hoc debere narrari, ut de enim aliàs decerneret pœnam carenti vel gratis habendi dispensationem, vel unde sciret factum sit præsumptuosè, an præmissis solennitatibus, an cum ignorantia probabili, si non

opus fa
esse pro
Texeda
menti;
supplere
nisi sent
tatur ve
praxim
Ecclesia
sed sent
ter velu
referens
biliter:
non alle
opposit
nullum
quid fi
Roman
dum est
quem f
claratio
2. 3. C
ta, nem
& confi
bonâ fi
Trid. to
lari, &
entiam
pœnam
condit
saturi,
exigent
est: pœ
præsum
trimon

opus factum narrari? 2. Non videtur licitum esse procedere secundum relatam sententiam *Texeda*; quia quando agitur de valore Sacramenti, etiam in illis, in quibus Ecclesia potest supplere, non est licitum relinquere tutiorem, nisi sententia, quam sequor, communiter admittatur velut absolute probabilis, & non sit contra praxin Curiae Romanae, tum enim tantum vult Ecclesia supplere secundum dicta l. 6. p. 1. n. 118. sed sententia *Texeda* non admittitur communiter velut absolute probabilis, hinc *Diana* illam referens subdit, *hucusque Texeda, tu cogita, an probabiliter*: & quamvis *Diana* pro eadem citet *Vegam* non allegato textu, *Sanch.* n. 21. citat *Vegam* pro opposita allegato textu, & sententia illa revera nullum habet solidum fundamentum. Sed quid sit de hoc, saltem est contra praxin Curiae Romanae, quae semper respondet hoc exprimendum esse, uti testatur *Sanch.* supra juncto n. 8. ad quem se remittit, & de hoc refertur expressa declaratio sacrae Congregationis ad hoc caput *Trid.* n. 2. 3. Opinio *Henriq. Sanch. & Perez*, supra relatam, nempe quod opus non sit narrare contractum & consummatum esse Matrimonium, si alteruter bona fide processerit, non videtur vera, nam *Trid.* toto illo capite loquitur in numero singulari, & nullo verbo innuit requiri utriusque scientiam vel ignorantiam: neque verum est esse poenam, quod debeat hoc narrari, sed est tantum conditio praerequisita pro informatione dispensaturi, ut dispensationem diversimodè, & pro exigentia causae noverit expedire, uti ante dictum est: poena autem tantum est, ut qui scienter ac praesumptuosè contraxit & consummavit Matrimonium, careat spe dispensationis, ergo dato, quod

or.
dii
dix
VII

quod hæc pœna carendi spe dispensationis non incurratur, si alteruter bonâ fide processerit, tamen nullatenus sequitur factum non debuisset, aut adhuc non debere narrari: & quamvis cum nollet dispensare Pontifex propter scientiam & præsumptionem Sempronii, non sequitur Titiam puniri, quamvis indirectè & per accidens in ipsam redundet incommodum; sicuti si Titia bonâ fide contraxisset Matrimonium cum Cajo Subdiacono qui sciens & præsumptuosè hoc fecisset non expectatâ dispensatione, cuius spem habebat, si Pontifex postea id rescians in pœnam præsumptionis Caji nollet dispensare, non ideo puniretur Titia, quamvis indirectè & per accidens in ipsam redundaret incommodum, itaque petenda est dispensatio nova enarrato factio: ita iudicârunt mecum an. 1699. tres Doctores.

§. 11. Huc etiam refertur solutio sequentis casus: Titius cognovit Cajam & Bertam forores, vultque ducere Cajam, & petit dispensationem in affinitate, attamen priusquâ dispensatio detur executioni, cognoscit iterum Cajam & Bertam.

Queritur, an indigeat novâ dispensatione?
1. Non ideo indiget, quia iterum cognovit Cajam, quia est tantum incestus, nec inducit impedimentum respectu Cajam: & si sit occultus, quamvis commissus sit post obtentam dispensationem, tum saltem non necessariò recurri debet Romam, docent Nav. Gob. tr. 9. num. 630. & alii multi cum Pelliz. De Regul. tr. 8. c. 3. à n. 243. Si dispensatio non sit facta Romæ, sed tantum data commissio, ut dispensaretur in partibus, preces invenirentur veritate niti, etiam non indiget novâ dispensatione ex hoc, quod ante
dispen-
tam; t-
vum i
cum,
cogno
tum, t
cogno
jam d
moni
contr
facta
gnos
fation
pular
tum
vis n
Ticio
subla
potef
non r
ment
l. 4. n
clara
facta
tam,
jam.
esse,
quam
non r
rum
iteru
tionem
ejusd
dime
dum

dispensationem factam iterum cognoverit Bertam; nam repetita illa copula non inducit novum impedimentum affinitatis, sed manet unicum, quod prius contractum erat, sicuti si decies cognovisset singulas, esse unicum impedimentum, nec in supplica opus fuisset dicere, quoties cognovisset illas, *Sanch. l. 8. c. 24. n. 8.* Est autem jam data potestas ad dispensandum pro Matrimonio cum Caja non obstante impedimento contracto per copulam cum Berta. 3. Si Romæ facta est dispensatio, antequam Titius iterum cognosceret Bertam, videtur opus esse novâ dispensatione, quia impedimentum per priorem copulam cum Berta contractum, erat jam sublatum per dispensationem Romæ factam, quamvis necdum executioni datam seu applicatam Titio: & nunc redit idem impedimentum, quod sublatum erat, ergo debet de novo tolli: non potest autem sine novâ dispensatione, quia prior non respiciebat nisi contractum antea impedimentum *Sanch. supra, Pont. De Justis l. 3. n. 163. & l. 4. n. 187. Confirmatur*, nam si Titius post declarationem, quod repertâ veritate narratorum facta esset dispensatio, iterum cognovisset Bertam, opus esset novâ dispensatione, ergo etiam jam. *Si dicas*, per priorem dispensationem factum esse, ut Titius posset cum Caja contrahere tanquam cum extranea: *Contrâ est*, nam dispensatio non tollebat consanguinitatem istarum fororum, nec impediēbat, quod minùs à Titio posset iterum contrahi affinitas, si enim post dispensationem factam postea cognovisset Semproniam ejusdem Cajæ sororem, certò contraxisset impedimentum per aliam dispensationem tollendum, ergo idem est, si iterum cognoverit Bertam.

or.

di

dix

viii

ram. Et hęc dicta applicari possunt, v. g. impedi-
mento voti, item dispensationi factæ vel fa-
ciendæ per Ordinarium. Denique hic nota-
ndum est, quod dispensatio validè detur execu-
tioni, non expectato placito aulæ secularis vel
Officialium belli, qui aliquando volunt se inge-
rere, rectè enim docet *Less.* in Auctar. v. *Bulla peni-
tentialia*, casu 3. ejusmodi placitum esse imperi-
nens ad valorem Bullæ seu dispensationis ex-
equendæ.

991. Q. 137. Quid præterea observare debeat Parochus
circa Matrimonia coram ipso contrahenda. R. §. 1. *Trid.*
sess. 24. De ref. Matr. c. 1. dicit: Habeat Parochus
librum, in quo conjugum & testium nomina, diemque
& locum contracti Matrimonii describat, quem diligen-
ter apud se custodiat. Et cum inde suo tempore do-
ceri debeant plurima, quæ maximi momenti
sunt, rectè notat *Avers.* q. 6. f. 7. §. ult. ad hoc ob-
ligari Parochum sub mortali.

992. §. 2. Parochus etiam contracturis propone-
re debet, quæ ibidem statuit *Trid.* his verbis: *Pro-
stremo S. Synodus conjuges hortatur, ut ante quam con-
trahant, vel saltem triduo ante Matrimonii consumma-
tionem sua peccata diligenter confiteantur & ad SS. Sa-
cramentum pie accedant.*

993. Q. 138. Quid denique notandum sit circa purifica-
tionem puerperarum. R. Hęc potius spectat ad
materiam Baptismi, sed quia de illa ibi nihil
dixi, addo hęc pauca.

§. 1. De purificatione puerperarum *Synod. Co-
lon.* anni 1662. p. 2. tit. 3. statuit 1. Ex Cap. *De
De Purif. post partum*, quamvis puerperæ possint
statim post partum venire ad ecclesiam, attamen
etiam in novâ lege licitè emanere. 2. Non ante
25. à partu diem, nec alibi, quàm in ecclesia be-
nedi-

nedicendæ sunt puerperæ. 3. In pœnam peccati mulieres, quæ ex illicito concubitu pepererunt, sub pœna suspensionis eo ipso incurrendæ non benedicantur. 4. Sine pompa & ad summum cum tribus sœminis deducantur. 5. Non fiat in dominica vel festo fori. 6. Nullus Parochus, Sacerdos vel Clericus debet convivium mulieri purificatæ instructum frequentare. 7. Non substituatur mulier purificanda in locum defunctæ puerperæ, nec ad cadaver defunctæ in partu legantur preces purificationis, nec etiam legantur in privatis ædibus super periclitantem post partum.

§. 2. Circa prohibitionem illam, ne mulieres, quæ ex illicito concubitu pepererunt, purificentur, dubitatum est, an id intelligatur etiam de illis, quæ ex illicito concubitu conceperunt, sed pariunt in Matrimonio ante partum contracto: affirmârunt aliqui, quia manet causa, ut sit in pœnam peccati: Oppositum tenuimus anno 1710. tum quia talis nunc in Matrimonio honestè parit, tum maximè, quia statutum illud est pœnale, & tantum dicit, *mulieres*, quod convenit non conjugatis, ergo non est extendendum ad conjugatas, cùm *Synodus* ibi non agat de Matrimonio, sed de Baptismo. *Nec obstat*, quòd æqualis ratio esset tales conjugatas excludendi; nam in positivis non est argumentandum à pari ad par, imò nec à minori ad majus, sed standum verbis in rigore, quæ potiùs restringenda sunt in materiis odiosis, qualis est hæc.

§. 3. Sicuti l. 2. n. 99. & 112. dixi acatholicos esse excludendos à benedictione matrimoniali & à ceremoniis sepulturæ ecclesiasticæ, ita puto excludendam puerperam acatholicam ab hac

or.
dii
dix
VII

hac benedictione purificationis, 1. quia cetera illa sunt ab Ecclesia instituta pro fidelibus in Ecclesia, & probabiliter nomine Ecclesie etiam sunt istae orationes, uti insinuat Sanchez d. 9. n. 13. Ecclesia autem non vult ejusmodi orationes publicas offerre pro acatholicis, & ab Ecclesia catholica exclusi esse volunt. 2. Quia acatholici, qui caeremonias Ecclesie irrident, non digni sunt, quibus illa adhibeantur. 3. Quia quales acatholici in his locis catholicis praesumptive possunt esse formales haeretici, adeoque non communicati, & quamvis vitandi non sint acatholicis, attamen ipsis prohibitum est in divinis communicare cum catholicis, secundum cap. l. 6. p. 2. n. 34. & dicenda l. 7. n. 270. ergo si dolo illis sunt Parochi, qui ad talia admittunt, quasi inducunt illos ad petendam talem ipsi licitam communicationem in divinis cum catholicis. An licitum sit mortuo catholico catholicae Parochiae inquilino pulsare campanam catholici templi, dicam l. 7. n. 268.

996. §. 4. Cum haec ceremonia purificationis sit necessitatis, sed devotionis, Cap. un. de *rif. post part.* putarunt *Lez. Peyr. Pasq.* potuisse à Regularibus admitti ad purificationem, pro quo referunt declarationem *S. Congreg. Concilii* rectè contradicit *Pignat. tom. 5. consult. 76.* consuetudo saltem id restrinxit ad solos Parochos, & idem dicit alia declaratio *S. Congreg. Concilii* de sicuti benedictio nuptiarum, quamvis sit necessitatis, tamen secundum dicta à *504.* fit à solis Parochis, ita & haec ceremonia.